

Johann Schmidt Caspar Gifler


**Disputatio Theologica De Peccato In Genere : Instituta occasione exgses Dicti 1.  
Johan. 3. v. 4. amartiaesin anomia**

Argentorati: Reppius, 1632

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn787860786>

Druck Freier  Zugang







In Tomo hoc XXXVII. Sunt

1. Jo. Schmid de Peccato. ad 1 Jo. III, 4.
2. — De libero Arbitrio. Jo. VIII, 36.
3. Seb. Schmid de script. S. ad 2 Pet. 1, 19. 20. 21.
4. D. Damhaueri Aethera Sancta sui vindex.
5. Jo. Faust protri. de oratione divina ad Act. XVII, 28.
6. D. Georgij Heberlini fascic. Myrtha. Cant. I, 13.
7. Andreas Ursinius ad Psalmum II.
8. Jo. Schmid de Vita Aeterna.
9. Christiani Heg. Manipulus thesauri Praxiani sub B.  
Sugemamo propositarum.
10. D. Martin Gejeri conformitas Iudaeo Paphia in  
Doctrina de Deo Angelic & Homine.
11. Christoph Laur. Scheffner p. tri. de Chirismo.
12. Jo. Andr. Quenstedt de Persecutione Venerabil.
13. Gabrielis Wedderkopff de Atheismo Sconianom.
14. Michael Foerster de Secum naturalium origine.
15. — De ordine script. S. prout ea tum. Nat. conve-  
niunt de B.
16. c. Jo. Fecht de Iudice Controversiarum.
16. a. — de II Trinitate.
16. b. — De Ant. Christo.
17. — De Juratone Sanctorum.
18. — De Juratone.
19. — De Communionem sub utraque



42. } Floornbeck de Predestinationes.  
 43. }  
 44. }  
 44.β. —. De Sabbato.  
 45. —. De Ministerii acceptioes.  
 46. —. De Examine Ministrorum.  
 47. β. —. De eorum Officio.  
 48. )  
 49. }  
 50. β. —. De Ecclesiasticorum Vita.  
 51. )  
 52. )  
 53. —. De Foedere Ecclesiastico.  
 54. —. De Mundo.  
 55. —. Ad Matt. XXIII, 37. —  
 56. —. —. xl, 20. 21.  
 57. Jos. Cocceji de divinitate Script.  
 58. } —. de Perfectione Script.  
 59. }  
 60. } —. de Foedere gratie et Vet. ac N. T.  
 61. }  
 62. } —. de eo quod Illeg. est.  
 63. }  
 64. } —. de Natu Humilitationis Christi.

65. Jo. Coaeji de Regeneratione et Resurrectione.  
66. —. De Oblatione Christi.  
67. Wetstenii. De Unionis Personalis in Christo Forma,  
    *Sine Effectu. etc.*  
68. — Lucia Gernleri de Forma Unionis Personalis  
    in Christo.  
69. —. De Promissione Dei.  
70. —. De Secreto in Spiritibus.  
71. Wetstenii de Prædest. Bonorum et malorum.  
72. Gius et Collegam Syllabus Controversiarum

V.



THEOLOGIA



Collegium Argentorense



PHILOSOPHIA



IVIRTVS



HONOR



JURISPRUDENTIA



MEDICINA



Jacob. ab heyden sculpsit excudebat



DISPUTATIO THEOLOGICA  
 De  
**PECCATO**  
 IN GENERE,  
 Instituta occasione e $\xi$ νησίσεως Dicti  
*1. Iohan. 3. 8. 4.*  
*ἡ ἀμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία:*  
 QUAM  
**DEO OMNIS BONI AUCTORE**  
*benignè adjuvante,*  
 SUB PRÆSIDIO  
**JOHANNIS SCHMIDT,**  
 SS. THEOLOGIAE DOCTORIS, EJUS-  
 DEMQUE IN INCLYTA ACADEMIA AR-  
 gentoratensi Professoris publici, Ecclesiastice  
 Ordinarii, ut & Conventus Eccle-  
 siastici Præsidis,  
*Publicè & solemniter defendendam suscipiet,*  
 In Auditorio Theologico, Mens. Augusto,  
 horis antemeridianis  
**CASPAR GIFLERUS** Leobergâ. Siles.  
 ARGENTORATI  
 Typis JOHANNIS REPPY,  
 Anno M. DC. XXXII.



PERILLUSTRI, GENEROSISSIMO, ANTIQUISSIMO  
GENERIS ATQUE HEROICARUM VIR-  
tutum Splendore Fulgentissimo  
Domino,

DOMINO JACOBO,

Domino in HohenGeroltheck /  
& Sultz / &c.



Domino suo Clementi:

UT ET

PERILLUSTRI ET GENEROSISSIMO  
DOMINO,

DOMINO EBERHARDO

DOMINO AC DYNASTÆ IN  
Rappolstein / Hohenack / Geroltheck ad Was-  
sichin / &c.

Domino suo itidem clementi:

*humilimâ animi, quâ potest & debet, observantiâ,  
hanc ipsam disputationem:*

*Tenuem ingenii tenuis, attamen devotum  
mentis devota conatum,*

*Submisè  
dicat, dedicat & offert*

CASPAR GIFLERUS,  
Leobergâ-Siles.

VENERABILI ET DO-  
CTISSIMO DN. RESPON-  
DENT I.

**M**onstrum, horrendum, ingens, peccatum! fumus averni!  
Præcipitati animi turpis abortus idem!  
Nihil præter tenebras denso terrore coortas!  
Inque ipsi tenebris summa caterva mali est.  
Noscere peccatum penitus tamen, optima lux est,  
Quam sacer infundit spiritus ipse Dei.  
Peccatum Satanas docet edere, noscere Jova,  
Ille docet tenebras, lumine Jova beat.  
Sentiri magis, quam nosci, peccata Satan vult:  
Jova adimit sensum, noscere luce creat!  
Noscere peccati faciem, fax splendida cœli est,  
In tenebris lumen grande & origo boni.  
Ne nos peccati monstrum agnoscamus apertè,  
Hæresibus faciem pingit ubique Satan.  
Cinccinnos, lucis falsæ pigmenta, colores  
Fictitios, succi tartarei que decus  
Addit, & ignaris imponit tale specillum,  
Quod, quæ maxima sunt; exhibet, ut minima.  
Sic in peccato graviter peccatur: & auget  
Monstrum, abscondendo maxima probra, Satan.  
**G**IFLERE eximiis virtutibus inclyte, nostræ  
Dulcis athleta scholæ, fortis athleta scholæ,  
Peccatum è COELIVERBO & virtute revelas!  
Tangis acu monstrum, tangis & ense DEL.

F.

JOH. GEORG. DORSCHENS D.

**M**illibus è multis vix percipit unus & alter,  
Quam gravis iratum res sit habere DEVM:

);( 2.

Sed.

Sed DEVS iratus quo redditur, indicat illud

Pagina salvifico dogmate sacra scatenis;  
Scilicet infando peccati crimine tetri

Clemens, iratus redditur, ille DEVS.

Iam qua peccati fit definitio tetri

Præside, Giflerus, sufficiente, refert.

O utinam tali gauderent dogmate quidam,

Forſan Ariſtarcho non loquerentur epos;

Putida non fererent vani mendacia ſcurrae,

Nec ferrent Momo dente Theonis opem;

Sed fuerent tecum gnari benefacta referre,

Et grati grato pectore & ore forent.

Tu, GIFLERE, tuum non ſolum gnauiter hocce

In cathedra cæptum lemma tuere pius,

Sed quoque perbellè Spartam quam nactus es ornans

Esacro ſacrum pegmate dogma doce.

Suo,

τῆς εὐνοίας ἐνεκα

M. PAULUS GNILIUS, P. Cl.

δοῖς ἐκὼν ἀγαθὸς ἀδικεῖ, κατὰ τὸ τοῦ λόγου  
πλημμελέων ἀνὴρ καὶ παρὰ πάντα κακός;  
ἐδδὸς ἀνὴρ ἐδδλοῖς λέγεται πανάριστος ἀρίστοις,  
τοῖς δὲ κακοῖς χρεσὸς μὴ ποτεν ἐδδὸς ἀνὴρ;  
παντοίοις ἀγαθὸς μινῶν ΓΙΒΛΕΙΡΟΣ, ἀρίστοις  
πρῶτα δὲ καὶ συνετοῖς ἔμμενε χρεσὸς ἀνὴρ.

Idem GNILIUS.

UT Medicus tentans morbum curare malignum,

Illius indagat, quæ sit origo, prius.

Sic animæ Medicus Peccatum tollere qui vult,

Noſſe prius debet, quid ſit & unde, malum.

Fungeris officio, Medici Giflere fidelis,

Dum cauſas morbi, quid ſit & ille, doces.

Uttere conſeſſis donis diuinitus, & ſic

Servare in vitâ teque alioſquè potes.

Quod ſuper eſt, vires precor ut DEVS augeat in te,


Quò tractare, diu pharmaca ſacra queas.

F.

Φιλίας ἐνεκα

M. Ioachimus Klein, Lipſ. SS. Theol. Stud.

Σὺν



Σὺν Θεῷ

DISPUTATIO SOLENNIS

De

# PECCATO IN GENERE.

Ex 1. Johann. 3. vers. 4.

Ἡ ἀμαρτία ἐστὶν ἢ ἀνομία.

I.



Uerunt olim omnes rationales creaturæ, tum Angeli, tum homines à conditionis suæ momento Deo trinuno creatori suo arctissimè suavissimèque junctæ, usque aded, ut domicilium suum & sedem in iisdem constituerit beata Trinitas: Non enim tantùm, uti aliorum operum conspectu delectatus est Jehova, *Gen. 1. 31.* ita & angelos atque hominem cum jucunditate vidit, sed & insuper eosdem gratiosâ sui in habitatione dignatus est: quod, licet expressis literis Moses non tradat, è circumstantiis tamen evidenter liquet. Nam quod suæ imaginis pulcherrimo decore eos ornavit, intellectum eorum eximio sapientiæ scientiæque lumine illustravit, voluntatem sanctitatis amore & spontaneo justî bonique amplexu omni ex parte polivit, vires reliquas puritate & castitate condecoravit, id ideò factum, ut templæ essent, quæ clementissimè ingrederetur, & in quibus gratiosissimè summâque cum voluptate commoraretur. Quemadmodum enim hodie, cum incomparabili spiritualis *παιδαγωγίας* beneficio homo è statu iræ in statum gratiæ transfertur, sanguine Christi in baptismo, aut per pœnitentiâ à peccatis abluitur, justitiâ donatur, renovatur & variis Spiritus Sancti donis ad vitam piè deinceps agendam imbuitur, adeóque imago divina olim amissâ in ipso instauratur, tota sacrosancta Trinitas occulto gratiæ vehiculo in ejus animum descendit, & *μονίμην* mansionem ac domicilium in eodem sibi ponit, nec unquam inde, nisi infidelitate & peccatis expulsa recedit, quâ de re loquitur Salvator *Iohann. 14. 23.* *Ad eum, qui diligit me & sermonem meum servat, veniemus (Ego, Pater & Spiritus Sanctus) & mansionem apud eum faciemus.* &

A

Apo-

Apostolus 1. Corinth. 3. 17. Templum Dei sanctum est, quod estis vos: cap. 6. 16. Vos estis Templum DEI vivi &c. Ita etiam olim, cum omnibus virtutum, sapientiæ, justitiæ, sanctitatis aliarumque ornamentis perfectissimè primus homo coruscaret, acceptissimum fuit DEO conditori suo ἀικητήριον, qui concreatam ejus perfectionem luce gratiæ suæ mirificè illustravit & confirmavit. *Damascen. lib. 2 d. O. F. cap. 11. p. 114.* Τῶ σωμάτι, (ὁ ἄνθρωπος) ἐν τῷ θειωτάτῳ χάριτι καὶ περικαλλεῖ ἀυλιζόμενος, τῇ δὲ ψυχῇ ἐν ὑπερέρφῳ ἀσυγκρίτῳ καὶ περικαλλεσέρφῳ τόπῳ δίστριβε, Θεὸν ἔχων ἔικον τὸν ἔνοικον αὐτὸν ἔχων εὐκλεῖς περιβόλαιον &c.

2. Ast, quo momento plurimi Angelorum principatum suum & domicilium dereliquerunt, & peccarunt 2. Petr. 2. 4. Iud. v. 6. quo momento primi homines à serpente inescati & seducti divinam legem violârunt, beatissimæ hujus conjunctionis vinculum solutum est: deseruit Jehova justissimâ irâ eos, à quibus malitiosissimâ ἀποστασίᾳ priùs fuit desertus. Non amplius post superbiam & seditionem, DEI manserunt domicilia, sed ilico omnis perversitatis, malitiæ, scelerum, flagitiorumque sentinæ facti sunt angeli: Pariter etiam ipso prohibitiæ comestionis actu primi parentes in Paradiso, DEI esse templa defuerunt: exiit enim pectoribus eorum & longissimè abiit beatissimus hospes, ablato simul omni ferè splendore, quo non ita pridem domum suam exornaverat: ipsi verò facti sunt suo modo κατοικητήριον δαιμόνων καὶ φυλακῆ πάντῶν πνεύματων ἀκαθάρτων. *Αποκ. 18. 2.* Dividunt enim iniquitates inter Deum & creaturam rationalem. *Ies. 59. 2.* Sunt peccata maximæ instar molis inter Deum & creaturas positæ, ut nullum inter ipsos locum habere possit familiare commercium, nisi illa è medio auferantur. Sicut morte naturali amicissima corporis animæque unio destruitur, qua anima suum deserit domicilium, quod non multò post corrumpitur, horrendum fætet, & in cinerès redigitur: ita peccato, quod spiritualis quædam mors est, Deus separatur à rationali creatura, quæ inde scdissimè inquinatur, totaque in conspectu DEI fit abominabilis. *Iob. 15. 17.*

3. Ac tales nunc sunt, æternùmque manebunt omnes Angeli Apostatæ sive Diaboli, reservantur enim constricti δεσμοῖς αἰδίοις, æternis vinculis *Iud. v. 6.* ut è carcere infernali in summi Regis conspectum & gratiam redeundi nullam prorsus spem habeant Stat immota vastissima ἀποστασίας & rebellionis nubes inter ipsos & Deum, ad quam è medio auferendam, nullum unquam in situ divino est consilium, nulla sententia lata, nullum constitutum & ordinatum medium. Ipsi mali Angeli peccata sua delere, aut satisfacere divinæ justitiæ æternùm nequeunt, imò tantâ sunt corrupti perversitate, ut subin-

subinde peccata peccatis cumulent & longiùs à se divinam gratiam repellant: néque etiam aliquis alius est, qui ipsorum in se recipere peccata, atque ita DEI iram placare aut velit aut possit. Inter creaturas sive in cœlo sive in terris vivant, nulla est quæ id præstare valeat, oportet enim ut infinita sit virtutis & potentia, qui infinita iustitia satisfacere ipso opere constituit: æterno autem DEI filio non quidem deest potentia, quam eandem adeoque immensam cum æterno Patre & Spiritu Sancto possidet: at voluntas juvandi ob justissimas causas deest, unde etiam *Angelos assumere* noluit Hebr. 2. 16. ut palàm testaretur frustra Diabolos cum offenso DEO reconciliationem expectare.

4. *Super nos autem Iehovah cogitavit cogitationes pacis.* Jerem. 29. 11. & pro immensâ misericordiâ cum inimici essemus, & reconciliationis cum ipso ac recuperandæ amissæ gratiæ rationem nemo nostrum vel intelligeret vel expeteret, ipse sibimetipsi nos admirandâ sapientiâ & bonitate, quantum in se, reconciliavit 2. Corinth. 5. 19. filium enim suum uingenum misit, qui assumptâ in utero Mariæ virginis humanâ naturâ, totius humani generis peccatum, illam vastam nubem, quæ inter ipsum & nos dividerat, forti brachio destruxit, prorsusque abstulit, atque ita & nos sibi & se nobis reddidit, ut jam fidelibus omnibus accessus ad thronum gratiæ pateat. Emphaticè Apostolus Ephes. 2. 13. *Nunc, inquit, in Christo Iesu vos, qui aliquando eratis longè, facti estis propè in sanguine Christi:* vers. 14. *ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum, & medium parietem macerie solvit.* vers. 15. *reconciliavit nos Deo per crucem interficiens inimicitiam in semetipso.* Licet enim non immediatè de concordia inter DEUM & homines sancitâ, sed de Judæis & gentibus in unum DEI populum, Ecclesiam unam, adeoque unum corpus mysticum coactis, Apostolus loquatur, illa tamen omninò includitur & præsupponitur. Non enim potuit Ecclesia colligi, non duo in unum populi conciliari, nisi prius sublatâ inimicitia, quæ toti humano generi cum Deo intercedebat. Unde Theodoret. in cap. 2. Ephes. scribit: *Prius inimicitias, quæ nobis cum Deo intercedebant, Christus sustulit, cum suam carnem pro nobis dedit precium redemptionis: hoc ubi fecit, curavit, ut omnia illa cessarent, quæ nos (gentes) & illos (Judæos) sejungebant.* Et Chrysostr. serm. 5. in Epist. ad Ephes. p. 979. per *μετόριχον τῆ φραγμῆς* à Christo remotum, DEI iram & peccatum intelligit. *Mihi videtur, inquit, hoc interstitium esse inimicitia in carne: Hoc scilicet erat interstitium dirimens quem admodum Propheta dicit. Nunquid peccata vestra discernunt inter me & vos? in-*

versitium erat inimicitia, quam habebat Deus tam adversus Iudæos, quàm gentes, &c.

5. Ut vero reconciliationis per Christum factæ fructum ipso opere percipiamus, summopere est necessarium ante omnia inimicitia radicem & causam offensionis, quæ præter peccatum nulla est, diligenter considerare & meditari. Licet enim ejus cognitio gratiam divinam nequaquam pariat, aut inter causas reconciliationis nostræ cum Deo offenso numeretur: via tamen est, quam omnes, maximè adulti, qui in antiquam Numinis concordiam redire cupiunt, ingredi necesse habent, quam qui negligunt, à Deo sejuncti sub peccato & irâ manent, nihilque iis relinquatur, nisi terribilis expectatio judicii & ignis amulatio, quæ consumtura est adversarios Hebr. 10. 26. 27. *Qui enim abscondit scelera sua, non dirigitur, qui autem confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiam consequetur.* Prov. 28. 13. Tertull. lib. d. pœnit. *Peccati agnitio, cum provoluit hominem, magis relevat, cum squalidum facit, magis mundat, cum accusat, excusat, cum condemnat, absolvit. In quantum non peperceris tu tibi, in tantum tibi Deus, crede, parceret.* Unde Moses, Propheta, Apostoli, Christus ipse hominibus viam consequendæ divinæ gratiæ descripturi, & ad eandem fideli eos manu deducturi, peccata ipsorum arguerunt, ut ad eorundem feriam agnitio nem ac detestationem excitarentur & tanto majori desiderio ad misericordiæ & clementiæ asylum confugerent: quo de exempla in utroque instrumento passim obvia testantur. Referenda huc est B. Lutheri crebra ad Studiosos Theologiæ exhortatio: *Si vultis feliciter versari in Theologia ac sacrarum literarum studiis, neque impingere in scripturam clausam seu obfiguram, ante omnia discatis peccatum intelligere: summa enim doctrinæ Christianæ est, ut agnoscamus, nos totos in peccato positos esse, &c.*

6. Hanc viam nobis etiam calcare animus est, & cum superioribus disputationibus de Deo trinuno, de ejus primis & generalissimis operibus, Creatione & Providentiâ, de Angelis tum bonis, tum malis, ut & de Imagine Dei, quæ ubi vix primis hominibus bonitate Dei concessa fuit, ipsorum vitio amissa est, ductu sacrarum literarum egerimus, jam de Peccato, quo totum genus humanum miserimè corruptum, sub flagrantissimâ Dei irâ & intolerabili damnationis sententiâ gravissimè laborat & acerbissima suspiria trahit, cum bono Deo, *Sidore* in eo, quo consuevimus, ordine, instituemus. Cum verò malum latissimè pateat, ut uno opere ejus atrocitatem ex scripturis sacris commodè depingere atque in conspectu ponere nequea-

queamus, totum caput in tres partes dividemus, quarum prima peccati naturam in genere, altera Originale vitium, & postrema peccata actualia explicabit.

7. Generalem de peccato doctrinam hac vice breviter trademus, cujus fundamentum esto rotunda peccati definitio ab Evangelista & Apostolo Johanne Epist. 1. cap. 3. v. 4. proposita, quæ in textu authentico ita habet: ἡ ἀμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία. Syriacè: כּוּסְתָא כּלָּה עוּלָא דִּי. Peccatum omne iniquitas est. Juxta Bezam: Peccatum est legis transgressio. Juxta Castalionem: Peccatum noxa est. Juxta Flac. Glos. Compend. Peccatum est, quicquid est alienum à lege. Juxta Erasmum & Vulgatum: Peccatum est Iniquitas. Germanicè juxta Lutherum: die Sünde ist das Unrecht. Juxta Veterem Interpretem: die Bosheit ist die Sünde.

8. Cum duo sibi Divus Johannes primâ suâ epistolâ haberit proposita, nimirum, tum solidam sinceræ de Christo Salvatore doctrinæ confirmationem, tum gravem ad pietatis & sanctimonix studium exhortationem, utroque munere præclarè functus est. Mox enim initio de λόγῳ æterno Dei filio ejusque Incarnatione agit, idque verbis ferè iisdem, quibus etiam in Evangelio suo utitur, ut è collatione liquet. Deinde varia beneficia Christi merito parta commemorat & celebrat, quod filius Dei suo sanguine nos à peccatis mundet, 1. Joh. 1. 17. quod sit noster advocatus apud Patrem: Joh. 2. 1. & propitiatio pro totius mundi peccatis vers. 2. quod propter nomen ejus remittantur nobis peccata vers. 12. Tandem dehortatur ab Antichristo & Pseudodoctoribus quos sic describit, quod negent Iesum esse Christum cap. 2. vers. 22. quod non consteantur Iesum Christum qui in carne venit. 1. Johan. 3. v. 3. id est, quod salutarem doctrinam de Christo ejusdemque persona & officiis corrumpant: quibus ille opponit veram de Christo confessionem, quod is sit filius Dei & Salvator mundi 1. Johan. 4. 14. & quod in carne venerit vers. 2. quod sit verus Deus & vita æterna cap. 5. v. 20. Jacto autem ita veræ in Christum fidei fundamento, quo sine nulla vitæ sanctimonia, quantam etiam præ se ferat speciem, consistere potest, passim subnectit & admiscet serias exhortationes ad dilectionem & studium pietatis. Quia enim tempore illo, quo Epistolam scripsit, non tantum vidit multos Antichristos 1. Joh. 2. v. 18. & multos Pseudopphetas in mundum exeuntes cap. 4. v. 1. sed & plurimos hypocritas existimantes nudam fidei de Christo professionem sufficere, si vel maximè nulla vitæ sequatur emendatio, nec officia fraternæ dilectionis proximo exhibeantur; contra eos quoque graviter disputat, ac veræ in Christum fidei naturam describit, quod sit efficax per dilectionem er-

ga proximum, & inducat odium peccati: quò pertinent verba Lutheri in præfat. quæ huic Epistolæ præfixa est: *Hæc Epistola pugnat tum contra eos, qui planè absque operibus esse cupiunt in fide, tum contra eos, qui operibus desiderant justificari, ac conservat nos in viâ mediâ, ut per fidem quæramus justificari & à peccatis absolvi, & postmodum fide justificati dilectionem spiritu spontaneo exerceamus, &c.*

9. Ad posteriorem hunc scopum, verba isthæc, quibus peccatum definitur, collimant. Adductis enim variis argumentis cap. 3. Johannes severè monet, ut qui salutari Christi cognitione sunt imbuti, tum in genere Christianas virtutes totâ suâ vitâ exercent, tum in specie sinceram fratrum dilectionem sibi habeant commendatâ. Proponit igitur vers. 1. spem consequendæ æternæ felicitatis, ut hac ipsâ inflammentur ad vitæ sanctimoniam. Declarat vers. 5. finem adventûs Christi in carnem, qui sit *destructio operum Diaboli*, inter quæ præcipuè sit peccatum, pro quo sicuti plenè à filio Dei sit satisfactum, ita decere omnes fideles illud detestari & fugere? Ait vers. 6. & 7. id exigere *spiritualem nostram communionem cum Christo*, qui cum justus sit, debere & illos, qui ipsi fide infiti sunt, justos esse. Descendit vers. 8. ad *primam peccati originem*, & auctorem, qui Satanus est, cujus organum fieri indulgendo peccatis, prorsus horrendum sit: Addit tandem vers. 9. finem nostræ regenerationis, qui sit, *non facere peccatum*, non vivere secundum carnem, non ferre ut caro dominium contra spiritum exercent, sed concupiscentias carnis mortificare & in novitate vitæ ambulare. Postea alia subjungit argumenta, quæ speciatim ad fraternam charitatem pios accendere debent, eaque desumit à consideratione mandati divini vers. 11. à præclaro fructu qui inde nascitur, scilicet à conscientia vers. 14. ab atrocitate odii in proximum, quod sit homicidii species vers. 16. ab exemplo Christi, qui nos ardentissimè dilexit vers. 16. à gravi jactura charitatis ipsius DEI, si quis charitatem erga fratrem non exercent vers. 17. ab utili effectu dilectionis qui sit, quod inde sciamus, nos esse veros DEI filios, à consecutione variorum bonorum, vers. 22. &c.

10. Inter argumenta generalia sive ea, quibus Apostolus Johannes in genere ad vitæ pietatem hortatur, secundum locum hoc ipsum habet, quod jam sub manibus est, in quo breviter describitur peccati turpitude, ut ex ejus contemplatione rectius agnoscatur pietatis pulchritudo & dignitas, atque ita ferventior hujus ipsius amor piis ingeneretur, illius verò gravius inter fideles nascatur odium. *Omnis qui facit peccatum, inquit Apostolus, & iniquitatem facit, sive à lege divinâ recedit, eandem transgreditur, adeòq; ipsum supremum legis-*

legislatorem DEUM contemnit. Est quisvis homo, maximè qui divinà gratià ad Ecclesiã vocatus, qui spiritus S. operatione per verbum & sacramenta regeneratus, fide donatus, Christo insertus & in communionem spiritualium Ecclesiæ bonorum admittus est, infinitis nominibus ad perpetuam obedientiam Deo suo obstrictus, *ut eidem seruiat sine timore omnibus diebus vitæ suæ in sanctitate & iustitia.* Luc. i. v. 74. & 75. *ut non sibi vivat sed Domino & redemptori suo.* 2. Corint. 5. v. 15. *ut abneget impietatem & secularia desideria, ac sobriè, iustè, & piè vivat in hoc seculo.* Tit. 2. v. 12. Qui itaque hanc obedientiam abjicit, rem in se admittit turpissimam. Nihil enim turpius est, quam ejus violare mandata & leges, illique obtemperare nolle, qui & supremam in caput tuum habet potestatem, & à quo innumera in te collata sunt, & quovis momento conferuntur beneficia: facit autem hoc, quisquis peccatum committit, cum peccatum aliud nihil sit, quam exorbitatio à lege aut divini mandati transgressio cum summa legislatoris DEI injuria conjuncta.

II. *Definitum sive subjectum* primum videbimus, quod est *peccatum.* ἡ ἀμαρτία Hanc quidam apud Græcos dictam volunt quasi ἀμαρτίαν, confer. Zanch. Tom. 4. p. 11. Pelarg. Syllab. Dispp. disp. 5. θ. 2. quos & alii sequuntur. Μάρπτω significat capio, corripio, assequor, prehendo, idem quod λαμβάνω seu συλλαμβάνω; unde ἀμαρτία (si græca lingua vocem hanc agnosceret) esset, qua quis scopum verū non assequitur sive apprehendit, id quod etiam fit in ἀμαρτία: sed grammaticus potius lusus hic est, quam vera nominis notatio: cui similis & alter ille, quo nonnulli ἀμαρτίαν compositum vocabulum esse volunt à μὴ & ἀρτάω. Est autem ἀρτάω Latinis, appendor, suspendor, suspensus sum, item adjunctus sum alicui, & adhæreo: Unde quia per ἀμαρτίαν homo definit adhærere DEO, legibus, pietati, ab iisdemque avellitur, ad dictas voculas ejus originè referendam esse conjiciunt. Sunt qui ab Hebræa voce מרה, cujus infinitivus in Hiphil est המרה confer. Psal. 78. v. 17. Esai. 3. v. 2. nomen ἀμαρτίας deducunt: Est autem מרה & המרה Latinis rebellare, exacerbare, unde מרה rebellio. Sed notissima vox est ἀμαρτάνω, quæ propriè significat à scopo in aliqua actione & negotio aberro, ut, ἀμαρτάνειν τῆς ὁδοῦ à via aberrare, ἀμαρτάνειν τῆς γνώμης in sententiã dicendã à recto aberrare: cui affinis est altera significatio, quã respondet latino frustrari, ut ἀμαρτῶν τῆς ἐλπιδος & προἰποτυχῶν frustratus spe suã, sive quem spes frustrata est. Propria hæc significatio extat Judic. cap. 20. v. 16. in transl. 70. Interpp. εἰ πάντ' ὅς τ' ἐλαῖ ἀμφοτεροδέξιοι, πάντες ἔτοι σφενδαῖται βάλλοντες λίθους πρὸς

πρὸς τὴν τρίχα καὶ διαμαρτάνοντες id est, jaculabantur ad capillum & non  
 aberrabant: cui loco nonnulli addunt. Job. 5. v. 24. ἐπισκέψῃ ὠραιότη-  
 τάς, καὶ μὴ ἀμαρτήσῃ, visitabis speciem tuam (juxta Hebr. habitaculum  
 tuum) & non peccabis, id est, non aberrabis sed faciliè invenies. Deinde  
 etiam significat peccare, delinquere, male agere, unde ἀμαρτωλός pec-  
 cator, & ἀμάστημα, ἀμαρτωλία & ἀμαρτία, peccatum, delictum: cui  
 ut plurimum respondet apud Hebræos חטא & חטאת: licet enim  
 septuaginta nonnunquam vuculas hasce etiam per ἀσεβημα, ἀνόμη-  
 μα, &c. reddiderint, plerumque tamen & ferè semper per ἀμαρτίαν  
 verterunt, ut loca ferè innumera testantur. Et verbum חטא propriè  
 idem planè, quod ἀμαρτάνω significat, scil. à scopo aberrare, Confer.  
 loc. cit. Jud. 20. v. 16. aut à via deflectere ac transilire lineas, unde qui-  
 dam τὸ חטא dici arbitrantur quasi חטא ופחא à filo vel linea & per-  
 pendiculo declinavit sive deflexit. Latinorum vocem peccatum fue-  
 runt, qui quasi pedis captum & peccare quasi pedem capere dici volue-  
 runt, quorum sententiam meritò inter grammaticorum ineptias refert  
 Scal. de Caus. lingu. latin. lib. 1. cap. 31. Deducit autem ibidem rectius  
 τὸ peccare à pecus, ita ut media litera geminetur, nec deest manifesta  
 ratio, quia peccare est ἀλόγως agere more brutorum & pecorum, quæ  
 destituta rationis moderamine sensum tantùm atque appetitum se-  
 quuntur. Hinc Francisc. Jun. lib. de peccato primo Adami quæst. 1.  
 cap. 2. Latini, inquit, pinguius peccare dixerunt, quasi pecicare sive pecu-  
 sare dixeris à pecudibus, pro eo, quod est pecudis modo lineas transilire, ut  
 Tullius in paradoxis loquitur, quas Deus & natura homini circumposuerunt,  
 ex quo etiam veteres pecudium & pecudiarium τὸν προαίεα hominem pra-  
 cipitem, qui pecudis more extra ordinem lineasque ejus sese infert temerè, ap-  
 pellârunt. Appellantur omninò creberrimè in sacris & profanis lite-  
 ris malitiosi peccatores bestiarum nominibus: impudici canes, luxu-  
 riosi porci, crudeles leones, truces & sanguinolenti lupi vocantur:  
 ipsa quoque peccata aliquando θηρία dicuntur, & ab Aristotele extre-  
 mum vitium, quod summæ heroicæque virtuti opponitur, habet no-  
 men θηριότης & feritatis sive bestialitatis, quæ omnia hanc nominis  
 derivationem confirmant. Qui omnia aliarum linguarum vocabula  
 ad hebræas radices reducere student, peccatum à כגג prævaricatus  
 est, derivant. Avenar. in Lexic. p. 61. Hinc, inquit, (à voce כגג præva-  
 ricatus est, transgressus est metam) Latini acceperunt verbum pecco, &  
 nomen peccatum transgressio metæ præscriptæ &c. Alii τὸ peccare ad כבב  
 quod bovem significat, referunt, nonnulli ad פחא sive פחא titubavit,  
 sive

five vacillavit. E Golii lib. 11. no. 1. Attic. cap. 20. p. 64. quidam colligunt, apud veteres specialiter adulterium appellatum fuisse peccatum, & hinc peccatum dici quasi pellicatum. Isidor. Hispal. lib. 10. Orig. sub litera P. peccator, ait, pellice, id est, meretrice vocatus quasi pellicator, quod nomen apud antiquos tantum flagitiosum significabat, postea transiit hoc nomen in appellationem omnium iniquorum hominum, &c. Germanicum Sünd / multi à græco σίνω lædo, noceo, ortum esse sentiunt, unde σίνος noxa, damnum, σίνος & σίνος noxius: alii malunt à latino fonte derivari, quod peccatum homines faciat fontes & reos pœnæ: est qui ad germanicam vocem absündern refert, quod homo per peccatum à Deo separetur. Esai. 59. 2. Sed de his satis.

12. Cæterum non uno, sed variis modis vox peccati accipitur. Sunt enim peccata natura, cum natura in operationibus suis à scopo aberrat, unde monstra varia tum inanimata tum animata prodeunt: sunt peccata artis cum artifex qui naturam suo modo imitatur, leges sibi præscriptas non satis attendit, nec finem operis consequitur: sed de hujusmodi peccatis & erroribus, partim physici, partim quivis artifices agunt. In scriptura sacra ἡ ἀμαρτία interdum generalissimè omnia simul peccata, Originale & Actualia, & totiùs quidem humani generis notat, ut Johan. 1. 29. Ecce agnus Dei, qui tollit τὴν ἀμαρτίαν τοῦ κόσμου peccatum mundi, ubi Johannes Baptista singulari numero universam peccatorum omnium molem, quanta quanta ea sit, complectitur, eandemque à Christo gestari imò auferri, inque profundum maris abjici docet. Sanè Jesuita Salmeron Disput. 13. in Epist. Pauli. tom. 13. p. 46. tantum de peccato Originali Johannem loqui arbitratur, explicans enim varias vocis peccati acceptiones, peccatum, inquit, est vox homonyma, & significat in primis peccatum Originale juxta illud, Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi: qua in sententia etiam est Beda, Strabus, aliique. Confer Maldonat. in cap. 1. Johann. Verum non modo cum ipso textu, cum Christi officio, cumque aliis scripturæ locis hæc opinio pugnat, sed & ab ipsis Jesuitis refutatur. Barradius enim tom. 2. commentar. in Evang. lib. 2. c. 16. propositâ quæstione, quodnam peccatum mundi Baptista significet? subjicit, respondendum est, Iohannem his verbis non significare solum originale peccatum, sed tam originarium quam actualia omnia. Omnia enim hic agnus tollit: sumitur numerus singularis pro numero multitudinis, peccatum pro peccatis. Quemadmodum si diceret Baptista: Ecce qui tollit malum mundi, intelligeremus omnia mundi mala tollere: sic cum dicit: Ecce qui tollit peccatum mundi, omnia peccata tollere debemus intelligere. Exod. 10. ait Dominus. Ecce ego inducam locustam in fines tuos. Et cap. 8. & venit musca gravissima in domos Pharaonis,

B

nemo

nemo de una locusta vel de una musca, sed de locustarum muscarumque multis millibus verba hæc interpretatur: similiter igitur hæc Iohannis verba, Ecce qui tollit peccatum mundi, non de uno aliquo peccato sed de infinitis peccatorum myriadibus sunt interpretanda. Hæc Barradius. Licet autem vox ἀμαρτία loc. cit. non solum originale peccatum significet, alibi tamen & in primis in Epist. ad Roman. sæpissimè hoc pacto accipitur, confer. cap. 7. vers. 17. 20. 23. ubi peccati inhabitantis & subinde ad mala allicientis & invitantis fit mentio. Flacius part. 1. Clav. in vocabulo peccatum, talem de hac re tradit regulam: Peccatum in singulari numero præsertim cum articulo ἡ ἀμαρτία Paulo plerumque illum summum Regem aut caput peccati, nempe originalem corruptionem significat: in plurali autem αἱ ἀμαρτίαι fructus & effectus eius, id est, actualia peccata. Porro uti locis adductis originalis corruptio per peccatum intelligitur, ita passim sola actualia peccata notat, ut Joh. 8. 24. Jacob. 1. 15. ἡ ἐπιθυμία συλαβῆσα τίκτηι ἀμαρτίαν. Non raro certam peccati speciem significat. Gen. 1. 9. & 50. 17. 2. Sam. 19. 20. sic Joh. 16. 8. per peccatum ob quod Spiritus S. mundum arguit, primariò sola infidelitas, licet sola atque ab aliis peccatis separata nunquam sit, sicut nec fides unquam omni planè bonorum operum fructu destituitur, intelligitur. Piscator quidem in Analys. Evangel. secundum Joh. cap. 16. per peccatum præcipuè crucifixionis facinus vult innui, ut sensus sit: Spiritus Sanctus convincet & arguet Iudeos, quod doctrinam Christi contemta eum tanquam impium ac blasphemum occiderint: sed ita sequeretur, per mundum citat. loc. solos intelligi Indæos: & ipse contextus evincit, non de alio quam de incredulitatis peccato Christum Salvatorem loqui: statim enim verbis istis, arguet mundum de peccato, subjungit, quia non credunt in me. Unde Augustin. tractat. 95. in Joh. ponitur, inquit, hoc peccatum specialiter, quia hoc manente cetera manent, hoc decedente cetera remittuntur. Et sermon. 61. de temp. Cum præter infidelitatem sint alia multa peccata, cur de hoc solo mundum Spiritus Sanctus arguit? an quia per infidelitatem peccata omnia tenentur, per fidem dimittuntur? Quia etiam in peccato præsertim actuali diversa concurrunt, scilicet ut Flacius habet, primùm ipsa prava actio, quæ semel peracta tandem evanescit: deinde ipsa facti seu actionis iniquitas, quæ in conspectu Dei firmiter manet, diligenterque observatur, & ipsam etiam conscientiam arguit & accusat: tertio reatus ex illa iniquitate progrediens, quod scilicet Deus, lex, propriaque conscientia talem dignum poenam esse constituit ac decernit, cui reatui annexa est ira Dei & justa commotio contra peccatorem: tandem poena, fieri solet, ut scriptura interdum solam ἀταξίαν & vitiositatem, ut à reatu distincta est, peccatum dicat. Deut. 24. 16. Vnusquisque pro pec-  
cato

cato suo morietur 2. Corinth. 5. 21. *Christus non novit peccatum.* 1. Petr. 2. 22. *Christus non fecit peccatum*: nonnunquam autem per peccatum solum reatum & pœnam intelligat Gen. 43. 9. *Tibi peccabo omnibus diebus*, id est, reusero. Exod. 5. 16 *peccat populus tuus*, id est, peccati reus habebitur & crudeliter tractabitur. 1. Reg. 1. 21. *Ego & filius meus Salomon erimus peccatores*, id est, magnorum criminum accusabimur & rei agemur prorsusque regno ejiciemur, ut Chaldaica paraphrasis explicat: quo non incommodè refertur usus vocis peccati pro *victima* peccato expiando destinata, qui in primis in Levitico frequentissimus est. Sic Hof. 4. 8. *sacerdotes peccata populi mei comedunt*, id est, victimas piaculares, quarum pars in usum sacerdotum cedebat Levit. 10. 17. *Quamobrem non comedisti peccatum hoc* (sacrificium pro peccato) *in loco sancto*. Theodoretus Prophetam hac phrasi sacerdotibus pœnas minari statuit, ut *comedere peccata populi*, idem sit, quod *debitas peccatis populi pœnas luere*, sed id à stylo scripturæ alienum est. Aliàs plerumq; peccatum & vitiositatem in natura & actionibus hærentem, & reatum pœnamque simul complectitur: iis tamen locis, quibus Christo Salvatore peccatum adscribitur, nequaquam vitium realiter inhærens, sic enim Christus peccatum non novit, nec quisquam eum convincere commissi peccati unquam potuit. Johann. 8. 46. sed tantum imputationem cum reatu ac pœnis eandem sequentibus notat. 2. Corinth. 5. 21. *Deus Christum pro nobis fecit peccatum*, quorum verborum sensus est: *Deus filium suum non existentem reipsâ peccatorem atque injustum, per imputationem fecit peccatorem atque injustum, sive imputavit ipsi nostra peccata & injustitiam, nostroque loco acerbissimas eum pœnas ferre voluit, ut vicissim ejus justitia per imputationem in nos transferretur.* Confer Gerhard. de peccat. actual. §. 11.

13. Quemadmodum autem variæ vocis peccati sunt significationes, sic plurimæ quoque rei ipsius, quam peccatum notat, in scripturis appellationes, per diversas linguas occurrunt. Communissima in V. T. Hebræis est אָחַח & חַטָּאָה de qua §. 11. חַטָּאָה summum ferè inobedientiæ & prævaricationis gradum notat, qui in hominem, qui DEI aliquâ cognitione imbutus est, & qui in conscientia se legi divinæ obnoxium fatetur, cadere potest: hoc enim homo verbum DEI & mandatum ejus malitiosè transgreditur, à DEO sciens deficit & חַטָּאָה אִרְוָה arroganter rebellis fit, confer Esai. 1. 2. Jerem. 2. 8. Hofe. 8. 1. חַטָּאָה nomen generalius est, & quamvis ferè in moribus curvitatem significat. Psalm. 51. 7. David hoc ipso exprimit illam pestilentem

actualium peccatorum matriculam sive originale vitium, de quo et-  
 jam Apostolus Rom. 7. Neque tantum culpam, sed & reatum ac pœ-  
 nam, adeoque effectum peccati notat. Confer 1. Sam. 21. 10. *Vivit le-  
 hoya, si eveniet tibi ויחיה* id est, quicquam mali, ut Vulgatus habet, aut ut  
 Tremellius, *pœna propter hanc rem.* חגג & חגגות nomina sunt  
 peccatorum ex ignorantia & imbecillitate atq; inconsideratè sine πε-  
 ραιεσει commissorum Levit. 4. 2. Anima si peccaverit חגג per igno-  
 rantiam. Tremell. *per errorem.* Septuaginta, ἀκροίας, non spontè &  
 datâ operâ: confer cap. citat. vers. 22. 27. & cap. 5. 15. cap. 22. 14. Num.  
 15. 25. de his quoque David loquitur. Psal. 19. 13. *errores quis intelligit,  
 ab occultis meis munda me &c.* Huic nomini suo modo opponitur  
 חרור & חרורים sic enim vocantur peccata scienter, insolenter & de in-  
 dustriâ perpetrata, quæ oppositio Psalm. modo cit. conspicua est: post-  
 quam enim David petiit mundationem sive remissionem חרורים erro-  
 rum, mox addit etiam חרורים à superbiis sive superbe factis prohibe servitium,  
 ubi intelligit manifestas sive apertas transgressiones, quibus  
 adjuncta est contumacia & quæ temerario ausu ac fastu cum DEI ho-  
 minumq; contemptu fiunt. Eodem spectat nomen חרור quod ipsum  
 etiam insolentem rebellionem significat à חרור confer Josu. 22. 22.  
 Esr. 4. 19. 2. Paralip. 13. 6. Est & חשם vocabulum, quo graviora & ab-  
 ominanda peccata significantur, quod græci nonnunquam reddide-  
 runt per πλημμέλειαν & πλημέλῃσιν Gen. 26. 10. *induxisses super nos  
 חשם* Vulgatus reddit, *grande peccatum.* Interdum notat sacrificium  
 pro peccato, sive quo peccatum expiatur. Confer 1. Sam. 6. 3. & Esai.  
 53. 10. aliquando etiam usurpatur pro re aliqua dolo, furto vel rapinâ  
 ablatâ, quæ restituenda est. Num. 5. 7. Tale fere est חשע quo malitia  
 & improbitas impiorum describitur. Deut. 9. 27. *ne afficias diritiam  
 populi hujus, & חשע impietatem ejus:* ut & חשע quod græci aliquo-  
 ties reddiderunt ἀσυνθεσίαν, itemque חשע averfio, scil. à Deo &  
 mandatis ejus, ac perversitas, cui opponitur חשע reditus, con-  
 versio, resipiscencia. Confer Chemnit. LL. CC. part. 5. p. 214. & D. Ger-  
 hard LL. CC. de peccat. Actual. §. 8. Non pauciora nomina in N. T.  
 invenimus: ac de communissimâ quidem appellatione, quod est ἀ-  
 μαρτία, antè diximus: differt autem ab ἀμαρτήματι propriè loquen-  
 do ut actus ab actione sive ἐνέργεια ab ἐνεργήματι: ἀμαρτία enim est  
 cum fit, ἀμαρτήμα verò cum factum est, quod discrimen tamen non  
 semper attenditur. Ἀδικία dicitur respectu objecti, scil. DEI & homi-  
 nis,

nis, qui peccando offenduntur: *δικη* enim jus est, quo cum Deo & homine agitur, unde *ἀδικοί* iniusti & *ἀδικία* iniustitia, cum nec Deo nec homini tribuitur quod illis debetur. *παραπτώμα* vocatur respectu peccantis, qui dum peccat, labitur & jacet sub sententiâ legis, reus mortis & damnationis. Hieron. in cap. 2. Ephes. distinguit inter *παραπτώμα* & *ἀμαρτίαν*, quod illud sit peccati initium, cum prava subrepti cogitatio, hæc vero sit consummatio operis adeoque plus in se vitii habeat: sed hoc discrimen Apostolus non agnoscit: Nam Rom. 4. 25. dicit, Christum traditum esse propter *παραπτώματα* nostra, & 2. Cor. 5. 19. dicitur DEUS mundum sibi reconciliâsse ita, ut non imputet hominibus *παραπτώματα*, ubi certè de peccatis reipsâ perpetratis sermo est. Confer Rom. 5. 15. 16. & 17. cap. 11. 11. Ephes. 2. 5. Colofs. 2. 13. *ἀσέβεια* est nomen gravis & atrocis peccati, respondens ferè Hebræorum *עוון* confer 1. Tim. 1. 9. 1. Petr. 4. 18. Junguntur Hebr. 2. 2. *παρακοή* & *παραβάσις*, quæ tamen distingui possunt, ut hæc omnes actualis peccati species sub se comprehendat, illa ad voluntaria tantum peccata referatur: Plures appellationes suppeditat translatio septuaginta Interpp. sed sufficiat eas annotasse, quas scriptura habet, & unde ipsa de peccato doctrina non nihil lucis accipit. Confer DD. Chemnit. & Gerhard. citt. locc.

14. Prædicatum sive definitio est *ἡ ἀνομία*. (Græcis articulus ἡ notat *ὅπερ αὐτό*, & monet eandem prorsus rem significari per prædicatum, quæ significatur per subjectum, ut cum græci dicunt, *ἡ ἡδονὴ ἐστὶ τὸ ἀγαθόν* Voluptas est ipsum bonum, significant, voluptatem nihil aliud esse quam bonum atque aded esse perfectissimum & summum bonum: sic hoc loco per articulum ostenditur peccatum nihil aliud esse quam transgressionem legis) Quam vocem alii per *iniquitatem*, alii per *noxam*, alii per *transgressionem legis*, alii per *carentiam legis*, alii per *exorbitationem à lege*, alii per *illegalitatem* vertunt, adeoque certatim vim vocabuli græci exprimere student. Nomen *iniquitatis*, quod vulgatus Interpres & Erasmus habent, quidam hoc modo distinguunt à peccato, ut peccatum pro incredulitate & impietate cordis accipiatur, *iniquitas* pro fructibus, ut loquuntur, *impietatis*, cuiusmodi sunt peccata, quæ committuntur adversus proximum, velut inhumanitas, inclementia, cades, invadere res alienas, ut sit sensus: Qui impius & contemptor Dei est, idem & in proximum injuriosus erit, eo quod ex impietate, quâ Deus ignoratur aut contemnitur, omnis in homines iniquitas oritur. At sunt ista à scopo Johannis, totoque contextu, ut & vocabulorum in scripturis usu alienissima. Non certè Apostolus id agit, ut

quo pacto unum ex alio nascatur peccatum, & contemptus numinis multorum flagitiorum in communi vitā adversus proximum causa sit, ostendat, sed omnium sive contra Deum, sive contra proximum patrum peccatorum naturam depingit, nec ullum contemnendum esse docet, cum quodvis peccatum si maxime leve appareat, sit divinæ legis violatio. Ambrosius in Apolog. David. cap. 13. tom. 4. p. 389. hæc ipsa verba Johannis Apostoli explicans, *Iniquitas, inquit, æstimatur habitudo mentis injustæ. licet Iohannes in Epistola eum qui fecerit peccatum & iniquitatem fecisse dixerit, sicut habemus scriptum: Omnis qui facit peccatum & iniquitatem facit: peccatum est iniquitas, iniquitas autem operatrix culpæ aut delicti: plus est ergo, ut ipsa iniquitas deleatur, excidatur radix & seminarium peccatorum, mala tollatur radix ne malos fructus ferat, aboleatur erroris omnis affectus, universa iniquitatum genera tollantur: itaque quemadmodum intrans in animam sapientis disciplina imprudentiam tollit, & scientia ignorantiam: sic perfecta virtus iniquitatem & remissio peccatorum delet omne peccatum: Ex quo manifestum est, Ambrosium censuisse latius patere nomen iniquitatis quam peccati, ita ut omne quidem peccatum sit iniquitas, non autem contra omnis iniquitas peccatum. Sed ita definitio peccati à Johanne tradita foret illegitima, si plus definitio haberet quam definitum, quod minimè concedendum, ut mox videbimus. Rectissime rem explicat Gregor. Magn. lib. 11. Moral. cap. 21. ad verba Jobi cap. 13. 23. *quantas habeo iniquitates & peccata, scelera mea & delicta ostende mihi &c.* ubi inquit: *Quamvis inter iniquitatem & peccatum nihil distare perhibeat Iohannes Apostolus, qui ait; Iniquitas peccatum est: ipso tamen usu loquendi plus iniquitas quam peccatum sonat, & omnis se homo libere peccatorem fatetur, iniquum verò dicere nonnunquam erubescit.* Certè enim apud Johannem idem planè sunt peccatum & iniquitas, (posito græcam vocem *ἀνομιαν* rectè per latinam *iniquitatis* redditam) communi verò usu loquendi gravius est iniquitati, quam peccato obnoxium fieri. *iniquitas* enim injuriam atque malignitatem quandam habet, unde *iniquus iudex* est, qui sciens contra leges injustam fert sententiam & innocenti injuriam facit, & Ciceroni *iniqui sermones* sunt ipsæ obreftationes ac calumniæ ex maligno animo profectæ, peccare verò est quomodocunque labi & offendere, etiam per ignorantiam, unde & Ovid. *citra scelus*, inquit, *peccavi*, & Cic. *ignoratione decori in vita sapissime peccatur.* Verùm si rem rectè æstimemus, parùm accurate græca vox *ἀνομία* verba est per *iniquitatem*: longè enim alium parit animo conceptum illa quam hæc, multa sunt *ἀνομια*, multa *ἀνομιας* geruntur, quæ non sunt iniqua, nec iniquè fiunt, ut ex modò dictis patet: pariter neque vocabulum*

bulum *noxa* satis respondet τῆ ἀνομία : licet enim ejus appellatione aliquando omne delictum contineatur, propriè tamen & primò, detrimentum, nocumentum & damnum significat, unde noxius & noxiosus idem ferè est qui perniciosus, & noxæ esse aliud nihil est, quam nocere. Sed & Syriacum אַוְרָא longè est angustius, quam ut ἀνομίαν omnem complectatur : propriè enim manifestam fraudem, injuriam atque iniquitatem significat, quæ in corde nata in os sive opus erumpit, Confer Psalm. 7. 4. & 82. 2. Ezech. 18. 24. cap. 33. 13. unde homines impii, iniqui, crudeles, perversi אַוְרָאֵי vocantur 2. Sam. 7. 10.

15. Rectius ergo ἀνομία sive per transgressionem legis, sive per illegalitatem, sive per exorbitationem & aberrationem à lege redditur. Ubi tamen notandum vocabulum ἀνομία interdum significare non transgressorem legis, sed eum, qui est certo respectu ἀνευνόμος sine lege sive exlex, quæ etiam ratio est adverbii ἀνόμως : Et habet lingua græca plures hujusmodi dictiones compositas, in quibus particula α duplicem sustinet significationem: sic ἀβελία non tantum est, qui omnis consilii est expertus & eodem caret, sed & qui contra leges boni consilii agit & μακρόβελος sive δόσβελος est: & ἀβελία tum simplicem consilii inopiam notat, tum temeritatem in ferendis consiliis. Confer Lexic. Henric. Stephan. Huc pertinent loca 1. Cor. 9. 21. τοῖς ἀνόμοις, ὡς ἀνομος (ἐγνώμην) ἵνα κερδήσω ἀνόμως : quibus verbis Apostolus de se docet; quod gentilibus, quibus ceremoniales leges non fuerint latae, sed qui hoc respectu exleges fuerint, similis sit factus, respiciens ad intermissionem circumcisionis Titi. Galat. 2. 3. & res alias indifferentes, quas inter Ethnicos vel observavit vel intermisit, ut tantò facilius eos lucrifaceret. Rom. 2. 12. Ὅσοι γὰρ ἀνόμως ἤμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολῶνται. Vbi D. Paulus docet, gentiles fuisse sine lege divina, si per legem divinam intelligatur lex in tabulis scripta, & publicè ac solenniter promulgata, & aliquando etiam damnatum iri sine tali lege: ait tamen ibidem, habuisse eos legem naturalem inscriptam cordibus suis, contra quam peccarint & juxta quam damnationis sententiam aliquando sint audituri: Confer vers. 14 & 15: Augustinus in Psal. 119. notat, triplicem esse legem Dei. Vnam in paradiso datam primo homini & in eo toti posteritati: alteram naturalem omnibus hominibus in prima creatione insitam, secundum quam quilibet sciat discrimen honestorum & turpium: tertiam in literis promulgatam per ministerium Moysi & à Deo ipso in duas tabulas scriptam, & secundum hanc tertiam speciem gentiles non habuisse legem, habuisse tamen juxta primam & secundam speciem & sic omnes esse pravaricatores legis. Alibi semper in N. Test. quantum obser-

vare.

vare licuit, *ἀνομος* est, qui contra legem facit eamque violat & transgreditur. Confer. Marc. 15. 28. Luc. 22. 37. Act. 2. 23. 2. Thess. 2. 8. 2. Pet. 2. 8. & jungitur vocabulo *ἀνομιότακτος* tanquam æquipollenti. 1. Timoth. 1. 9. ac prædicatur utrúmque de personis injustis, aliquando tamen etiam de rebus & operibus. 2. Petr. 2. 8. *de die in diem animam justam* (Lothi) *cruciabant ἀνόμοις ἔργοις*. Vox *ἀνομίας* verò nullibi in N. T. in ea significatione legitur, ut simpliciter vitam ex legem, sive, ut sic dicamus, ex legalitatem notet sed ubique transgressionem legis, violationem mandatorum, exorbitationem à viâ præceptorum &c. significat, quo pacto etiam apud profanos scriptores in usu est, quibus *ἀνομος* est *ἀδικος*, & *ἀνομία* *ἀδικία*, & à Xenophonte *ἀνομία* & *δικαιοσύνη* opponuntur *Ἀνθρώποις συνῆν ἀνομία μᾶλλον ἢ δικαιοσύνη* *Χρωμένοις* &c.

16. Sed quis est ille *νόμος* & lex cujus transgressio & violatio apud Johannem Apostolum, peccatum est? Non certè est *hac natura series*, atque hic ordo olim divinitus institutus & hæcenus conservatus, quo cælum, ætra, elementa & quæ his nascuntur, suos observant motus, & quodammodo intra orbitas suas à creatore suo sibi fixas manent, suis funguntur muneribus, suas semper habent qualitates, nec nisi fortè ex accidenti iis cõtraria agunt, sua etiam loca occupant, nisi vi depellantur. Licet enim hîc quoque interdum, ut supra diximus, *ἁμαρτήματα* & quædam transgressiones conspiciantur, ea tamen Apostolus noster non curat. *Neque est norma opificibus* in variarum artium cultu & exercitio *prescripta*, juxta quam ingeniosè, accuratè, politè, affabrè opera fiunt. Quamvis enim in hisce quoque non rarè peccetur & leges artis violentur, non tamen id scriptura sacra peccatum vocat, nisi fortè artifex malitiosè *ἐν προαιρέσει* opus perdat, aut fraude aliquà contra proximi dilectionem utatur. *Multò minùs* hic intelligitur ille *νόμος ἐν τοῖς μέλεσι* *lex in membris* venatorum *repugnans legimentis eorum*, & *captivans eos in lege peccati*, quæ est in membris eorù, de quo Apost. Rom. 7. 23. Hic enim *νόμος* est ipsa *ἀνομία* apud Johannem, neque notat aliquam rerum agendarù regulam, sed vim atque imperium originalis peccati & carnalis concupiscentiæ, quo subinde impellit hominem ad peccata actualia, sicut lex divina ad obedientiam DEO debitam & bona opera urget. Ambros. in cap. 17. Luc. *de duobus in uno lecto & duabus molentibus* &c. *Dua*, inquit, *leges sunt in nobis*, quarum utramque nobis Apostolus explicuit dicens: *condelector lege Dei secundùm interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccati, quod est in membris meis: est ergo lex interioris hominis, est etiam exterioris: illa quæ peccatum prohibet, ista quæ suadet, illa quæ damnat errorem, ista quæ sugge-*

*saggerit, illa quæ mentem instruit, ista quæ tentat &c.* Est autem *lex*, cuius transgressionem Apostolus peccatum esse dicit, primariò ac principaliter ea ipsa, quæ aliàs à Theologis *moralis* vocatur, quæ statim in ipsa mundi origine hominibus patefacta, imò in prima creatione ipsorum cordibus insita atque insculpta fuit, & suo modo in divinâ mente ante jacta mundi fundamenta extitit, quæque perfecta piè justèque vivendi est regula, requirens ab omni homine perfectam obedientiam erga DEUM: inde *moralis* dicta, quod sit perpetua vivendi norma, ad quam mores creaturæ rationalis exigendi sunt tum erga DEUM, tum erga proximum: cuius summa breviter comprehensa est in Decalogo, qui non tum demum cœpit, cum magnâ solennitate in monte Sina inter clangores buccinæ ac tonitrua promulgatus est: repetitionem enim tantum ejus instituere DEO visum est, *partim* quod ejus notitia in omnium hominum mentibus per peccatum obscurata & magnam partem cum imagine DEI extincta esset, *partim*, ut multa quæ passim tot annorum decursu malis moribus & pravâ consuetudine essent recepta & pro lege naturæ habita, licet eidem è diametro contrariarentur, manifesta fierent & à verâ lege naturali sive notitiis naturalibus cum regulâ æternæ DEI justitiæ congruentibus separarentur. Confer Chemnit. LL. CC. de Lege DEI c. 6. Aliàs omnia & singula Decalogi præcepta à mundi origine Patriarchis probè cognita, ab iisque subinde inculcata & explicata fuerunt, cuius rei vestigia in Genesi clarissima extant. Confer Chemnit. loc. cit. & D. Gerhard. LL. CC. de lege DEI §. 16. & seqq. uberrimè hæc pertractantem: imò ut jam dictum, ipsi hominis naturæ hæc præcepta olim à DEO creatore insculpta sunt, quorum notitia etiam, nisi lapsus cuncta penè destruxisset, in omnes homines per ipsam generationem fuisset propagata. Non enim reipsâ differunt lex naturæ olim primis parentibus nostris per creationem insita, & lex *Moralis* in monte Sinâ promulgata ac per Moysen tradita, sed simpliciter idem sunt, licet in modo patefactionis discrimen inveniatur: quin hodieq; post lapsum inter naturales notitias ex imagine divinâ reliquas, & moralem legem à Mose traditam convenientia est ratione Authoris qui DEUS, ratione materiæ, quæ bonum morale est, ratione formæ, quæ in præceptione pii & honesti, & prohibitionem turpitudinis consistit, ratione finis, qui est DEI gloria: differunt tamen tempore: lex enim naturæ prior, Mosaica verò posterior, differunt modo: illa innata, hæc scripta est: differunt subjectis: illa omnibus hominibus inest, hæc solis Judæis olim lata: præcipuè differunt perfectione: naturæ enim lex, quippe per lapsum obscurata de paucis, quæ facièda sunt, monet, plu-

C

rima

rima nescit; lex Moſis autem perfecta eſt norma eorum, quæ facere vel omittere debemus: illa exteriorum potiffimum diſciplinam, hæc internam quoque omnium virium integritatem ſpectat. Confer iterum Chemnit. LL. CC. de lege Dei cap. 9. p. 103. Contra hanc itaque legem quicumque ſive committendo, ſive omitendo facit, primariò ἀνομιᾶ eſt, & ἀνομίας ab Apoſtolo Johanne accuſatur.

17. Negari tamen non debet, alias quoque *juſtas ac honeſtas* leges tum divinas, tum humanas, quamdiu ab iis, penes quos legitima ejus rei poteſtas eſt, diſpenſatione non mutantur, aut planè abrogantur, huc referendas, & peccata eſſe, quæ contra easdem fiunt. Peccarunt certè Iſraëlitæ in Vet. Teſt. qui *leges ceremoniales* ſunt tranſgreſſi. Nam latæ erant, ut eas obſervarent *in generationibus ſuis & manſionibus ſuis*, ut paſſim libri Moſis teſtantur. In Novo autem Teſtamento, quo ejusmodi leges ſunt abrogatæ, nec peccatum ampliùs locum habet: imò ſi quis eas ſub aliquâ neceſſitatis opinione vellet obſervare, hoc ipſo eſſet peccaturus, quia contra voluntatem ſummi legiſlatoris ageret, qui ut leges iſtæ tantùm ad tempus, quod jam effluit, non autem perpetuò obligarent, voluit. Similiter peccârunt; qui *leges forenſes & Iudiciales* olim in populo Iſraëlitico violârunt: ſeverè enim Deus ad præſtandam eis obedientiam, quamdiu quidem politia Moſaica duraret, Judæos obligavit. Confer Exod. cap. 21. 22. 23. & loca paſſim alia. Cum verò hæ quoque leges, quæ Moſaica & Judaica hodie in N. T. abrogatæ ſint, peccari contra eas amplius nequit. Sic hodie peccant, qui contra *leges Eccleſiaſticas* agunt, quibus conveniens gubernatio externi cætûs per Verbum vocati, & modus diſciplinæ Eccleſiaſtica præſcribitur, & ceremoniæ in conventibus Eccleſiaſticis obſervandæ ſanciuntur; modò leges hujusmodi non ſint contrariæ Verbo divino nec per eas vera fides aut recta ratio colendi Deum impediatur, non etiam ſint inutiles atque ineptæ, quæ ratione ne quidem nomen legum merentur, ſed πρὸς οἰκοδομίην καὶ ἐνδοξοσύνην faciât. Licet enim hujusmodi leges non immediatè atque directè obligent conſcientias, quod ſolis divinis legibus competit, id tamen mediatè & generaliter faciunt. Lex generalis eſt: πάντα ἐνδοξοσύνη κατὰ τὰ ἐν γινώσκω 1. Corinth. 14. 40. quæ omnium Chriſtianorum in Eccleſia conſcientias obligat: qui itaque leges ſpeciales, ritus & ceremonias utiles communi Eccleſiæ conſenſu receptas temerè mutat, damnat, eas obſervare cum aliorum ſcandalo detrectat, is immediatè quidem haſiſpas violat, mediatè tamen ipſum generale divinum mandatum tranſgreditur & graviter peccat. Similis ratio eſt *legum civilium*, ſub quibus omnem conſtitutionem humanam in vita civili obſervandam

com-

comprehendimus, sive sit plebiscitum, sive senatusconsultum, sive responsum Jureconsultorum, sive aliud hujusmodi. Contra hasce leges (si tamen à legitimo magistratu latæ aut confirmatæ sint, nihilque aut impletatis aut turpitudinis in se contineant) quicumque facit, itidem peccat. Transgrediendo enim speciales politici magistratûs leges, quæ ad conservationem civilis societatis & boni publici incrementum promulgatæ sunt, fit contemptor generalis mandati divini Rom. 13. 1. *Omnia anima potestatibus sublimioribus subdita sit, non est enim potestas nisi à Deo. vers. 2. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit &c.*

18. Sed quid, inquis, de eorum impietate, qui doctrinam Evangelii de Christo Dei filio, ejus incarnatione, Passione, morte, obedientia, totoque merito, ejusdemque fructibus & beneficiis rident, contemnunt, rejiciunt, blasphemant, sentiendum? Nullam isti violare legem, quæ nos hodie obligat, videntur: non enim lex moralis quicquam de Christo Salvatore ejusque merito & satisfactione, quæ humano generi remissio peccatorum & justitia parta est, novit, unde nec præcipere aliquid de eo potest, quod in eum credere, & vivâ fide ejus obedientiam & meritum apprehendere debeamus. Ergone impietatem isthanc, peccatum non esse dicamus, quod ἀντιπαινεῖ προσκειμένω habet, aut concedemus, Evangelium, quod nos ad Christum amplectendum invitat & hortatur, & cujus vocem contemtores illi audire nolunt, τὸ νόμος speciem esse? Resp. Si de solo nomine & appellatione sermo sit, certum est, Evangelium non semel in scripturis legem vocari: unde regula nata est: *Quando ea quæ sunt Evangelii propria, legi tribuuntur, manifestum est, legis nomine non intelligi legem proprie sic dictam, sive doctrinam operum, sed vel universam doctrinam divinitus patefactam, vel specialiter doctrinam Evangelii, Confer Esa. 2. 3. Psal. 19. 8. Rom. 3. 27. Sed hic de re ipsa agendum, ubi nullo modo concedi potest, Evangelium esse legis, quæ operum obedientiam exigit & peccata accusat, speciem: ita enim lex & Evangelium opponuntur, quod contra generis & specierum naturam est, Confer Galat 3. 11. & 12. ad quem locum Lutherus sic, inquit, in Philosophia primâ divisione substantiæ & accidens distincta sunt, ita in Theologia promissio & lex, & per consequens fides & opera: tam longè inter se distincta sunt, quàm cælum & terra inter se distant. Quæris, quæ tandem doctrina Christi contemptum & errores circa ejus meritum & beneficia pugnantes arguat, accuset, damnet? Legi morali hoc tribuere velle æquè videtur ἀτοπον esse, ac si quis errores cum mysterio trinunius Dei pugnantes civili-*

C 2

bus,

bus constitutionibus, quæ nihil quicquam de ipso nōrunt, ac-  
 culari statueret? Hic accuratè Theologi distinguunt inter le-  
 gem in se solitariè consideratam, & συμπλεκτικὸς, quatenus cum  
 Evangelio conjungitur, ac hujus radiis & luce illustratur, sum-  
 tam. Priori modo lex de Christo mediatore & salvatore nihil habet,  
 adeoque nihil præcipit, nihil quod ejus honorem impugnat, accusat:  
 posteriori verò ratione & quatenus lucem Evangelii imbibit, omni-  
 nò quoq; Christum novit, discit, in eum credendū esse audit & intel-  
 ligit, & consequenter omnem incredulitatem & contemptum, quo in-  
 fideles Christum rejiciunt & oppugnant, damnat. Adscribo majoris  
 intelligentiæ ergo verba Dn D. Feurbornii fautoris & amici nostri ho-  
 norandi differt. de peccat. in Spir. Sanct. p. 48. *Christus Ioh. 5. 45. ad in-  
 credulos & præfractos Iudæos inquit: nolite putare, quod ego accusaturus  
 sim vos apud Patrem: est qui accusat vos, Moses, in quo vos sperastis. En Mo-  
 ses accusat incredulos Iudæos, eò quod Christum Messiam recipere noluerint.  
 Ergo & lex Moÿs accusat eos contumacis ἀπιστίας, quæ Messiam rejectarunt.  
 Quemadmodum igitur Moÿs accusat & arguit ἀπιστίαν in Christum Mes-  
 siam, ita & lex Moÿs. At Moÿs non nudè & abstractè, quatenus est simpli-  
 citer legislator accusat & damnat ἀπιστίαν in Christum Messiam, sed con-  
 cretè, quatenus ex promissionibus Evangelicis perspexit & addidit Messiam  
 promissum fide constanter apprehendendum, ut videre est Gen. 3. 15. Deut.  
 18. 18. Num. 24. 18. Actor. 3. 22. cap. 7. 37. Ioh. 1. 46. Ergo quoque lex Moÿs  
 non nudè & abstractè sed concretè spectata & ex splendidissimis Evangelii te-  
 stimonis illuminata accusat ac damnat ἀπιστίαν adversus Christum pro no-  
 bis mortuum. Hæc ille. Ergo licet lex moralis per se nec Christum  
 sciat, nec fidem præcipiat, nec contemptum Evangelii damnet, cun-  
 cta tamen præstat, quæ Evangelio conjuncta & ab eo illustrata est: sic  
 enim & quidem primo præcepto primæ tabulæ, ubi fidem & obe-  
 dientiam DEO præstandam in genere requirit, etiam Christum re-  
 spicit, etiam vult, ut ipsum audiamus, diligamus, eidemque confida-  
 mus, etiam ἀπιστίαν infidelitatem & inobedientiam contra Evange-  
 lium accusat & damnat; ut sic non opus sit, Evangelium legis speciem  
 facere, aut Evangelii contemptum, peccatorum cum lege pugnantium  
 classe eximere.*

19. Vidimus singulas definitionis partes seorsim, superest, ut  
 quæ in iis conjunctim sumtis, adeoque in totâ definitione conside-  
 randa sunt, expendamus. Sunt *primum*, præcipuè inter Pontificios,  
 qui nullo prorsus modo sententiam & Enunciationem Johanneam  
 pro verâ & legitimâ definitione *peccati in genere* habent: sed genus  
 tantum

tantum de specie in eâ prædicari volunt, differentiam autem, quæ potissima definitionis pars sit, deesse. Andradius apud Chemnit. Exam. Concil. Trident. part. 1. p. 103. concedens cum Iesuitis, concupiscentiam in renatis esse ἀνομίαν, & à lege Dei disidere, & tamen contendens concupiscentiam nullam prorsus habere rationem peccati, superbâ voce, detonat, non omnē ἀνομίαν esse peccatum, sed ἀνομίαν esse genus peccati sicut animal hominis; quibus Andradii verbis hæc Chemnitius, hominis ineptias ridens, subjicit: sicut ergo quoddam animal est rationale, quoddam irrationale ita forsitan quædam ἀνομία erit mala, quædam bona, quædam iusta, quædam iniusta, quædam iniqua, quædam sancta, quædam displicens Deo, quædam placens: quædam erit peccatum, quædam bonum opus, vel saltem indifferens. Eandem opinionem tuentur etiam Rhemenfes annot. in 1. Joh. cap. 3. fatentur enim omne peccatum esse ἀνομίαν, sed contra omnem aberrationem à lege peccatum esse non concedunt; confer Witack. de peccat. Origin. lib. 3. cap. 5. pag. 317. Quorum placita non displicent Bellarmino lib. 5. de amiss. grat. & stat. peccati cap. 14. dicenti: Quod sæpius repetit Chemnitius, omnem ἀνομίαν esse peccatum, non est verum, nisi peccatum largo modo accipiatur, ut etiam peccata artis & naturæ comprehendit: qui tamen sibimetipsi contrarius, lib. 2. de amiss. grat. & stat. pecc. cap. 18. ubi recensitis iis, quæ in actu peccati necessario, suâ opinione, requiruntur, ut eorum uno deficiente peccatum esse desinat, disertè, non itaque, inquit, potuit rectius & brevius peccatum (loquitur de peccato non latè, sed p̄prie sic dicto, quod cum lege divinâ pugnat, & cuius causam non esse Deum latissimè probat) definiri, quam, ut à S. Iohanne fuit definitum, illis verbis, peccatum est iniquitas, vel ut clariùs habetur græcè, ἀμαρτία ἐστὶν ἀνομία. Inquis: nihilominus tamen una tantum vox est, quæ de peccato prædicatur, scil. ἀνομία, quæ etiam non nisi unius rei significativa esse, nec duos distinctos conceptus, genus & differentiam notare potest. Resp. Est una, sed compositione & aggregatione: formaliter autem & significatione est multiplex, & distinctos conceptus parit. Cum enim audio illegalitatem, ilicò, si rem rectè æstimo, mecum cogito, tum aberrationem in genere, tum in specie aberrationem à lege, tum deniq; aberrationis à lege consequens, scilicet reatum, ubi illa quidem genus, ista differentiam, hic effectum peccati innuit. Et quemadmodum, si obedientia accuratissimè brevissimèque definienda esset, haud melius definiretur quam per ἐννομίαν, quæ vox licet compositione una sit, duos tamen conceptus parit, quorum alter generi, alter differentię respondet, & rectè à latinis redditur congruentia cum lege si ve immanentia, ut sic dicamus, intra orbitas legis; sic quoque peccatum, quod inobediencia est, rectissimè

per ἀνομίαν, quæ itidem significatione plura involvit, definitur. Imò scātum abest, ut vitii alicujus hæc definitio in simulari possit, ut potius, plerorumque tum Veterum, tum recentiorum Theologorum iudicio, divina, apostolica, rotunda, preciosa, quæ mirandâ brevitate veram & propriam peccati rationem exprimat; & sit & dici debeat.

20. Sunt deinde, qui definitionem peccati Johanneam, non esse specialem, quæ morum tantum vitiiis competat, sed generalissimam, quæ etiam artificum erroribus & naturæ ἀμαρτήμασι conveniat, statuunt. Bellarmin. enim lib. 1. de amissis grat. & stat. peccat. repetitâ peccati definitione olim accuratè ab Augustino lib. 2. de consensu Evangelistar. cap. 4. traditâ: peccatum est transgressio legis: hæc definitio, inquit, est generalissima, & convenit in peccata omnia, non solum morum sed etiam naturæ & artis: nihil est enim aliud peccatum, nisi declinare ac recedere à regulâ, quod etiam brevissimè docuit Iohannes in Epistol. 1. cap. 3. his verbis: peccatum est iniquitas, & clarius græcè ἀμαρτία ἐστὶν ἀνομία. Verum, iterum sibi contradicit, dum loco modò citato peccatum morum (de hoc enim solo ibi agit, ut totius capituli 18. series evincit) non potuisse rectius & brevius definiri, ait, quam ut à Iohanne definitum fuit: illis verbis, peccatum est iniquitas. Hoc enim si ita se habet, alterum verum esse nequit, hanc peccati definitionem generalissimam esse, quæ etiam peccatis naturæ & artium conveniat. Nunquam enim per definitiones generis, rectè & accuratè, ut rectius non possit, definitur species: Rectè quidem cuiusvis speciei tribuitur definitio generis univoci, cuius etiam naturam in se habet, sed non ita ut species rectius definiti nequeat: non uti rectè animal definitur corpus sensu præditum, sicut etiam homo definitur, non quæ definitio virtutis est, eadem quoque est fortitudinis & liberalitatis, id quod evidens & manifestum. Deinde nullibi in N. T. Evangelistæ & Apostoli vocem ἀνομίας in generali significatione usurpant, ut etiam erroribus artis, aut naturæ monstris tribuant, sed perpetuè legis divinæ transgressionem per eandem intelligunt, Confer §. 15. Si etiam lustres versionem septuaginta in V. T. vix alium vocis usum invenies: unde nec de Iohanne Apostolo suspicandum, quod aliud quam peccatum morum definire sibi constitutum habuerit: id quod magis adhuc elucefcit, si quis in rem præsentem veniat, & quæ definitionem peccati apud Johannem præcedunt & sequuntur, perpendat. Hoc certè unice agit Apostolus toto cap. 3. ut fideles cœlesti gratiâ regeneratos ad studium veræ pietatis excitet, hic ejus scopus est, ad quem collimant omnes capituli partes & singuli ejus versiculi, quod ipsi etiam pontificii Commentatores non negant. Confer §. 9. Inter alia verò, ut supra §. 10. dictum, etiam  
turpi-

urpitudinem peccati in medium producit & describit, ut tantò diligentiùs illud vitemus, quippe quod seriam pietatem impediatur: ubi dicere velle, Apostolum in genere quodvis etiã naturæ & artis peccatum depingere voluisse, nihil est aliud, quam verba ejus contra mentem & intentionem in alium torquere sensum. Imò non de alio peccato Div. Johannes tum cogitavit, quam de eo quod sanctitati opponitur vers. 3. ad quod satisfactione suã tollendũ Christus apparuit, vers. 5. quod à Diabolo originem habet vers. 8. quale peccatum moralis lege prohibitum esse constat. Rectissimè Estius in h. l. *sensus*, inquit, *perspicuus* (definitionis peccati) *est hujusmodi: ne quis sibi blandiatur in peccatis quibusdã quasi levibus, eo quod non videantur esse contra leges, declaro vobis & affirmo, omne peccatum esse iniquitatem, id est; legis divinæ transgressionem; & omnem eum, qui peccatum committit, iniquitatem committere legemque divinam transgredi, &c.* Tandem articuli tum subiecto tum prædicato propositionis Johanneæ additi & præfixi, non promiscuè omnem, sed certi generis ἀνομιαν & ἀμαρτίαν intelligi, eam scilicet solam, quæ legem divinam transgreditur & violet, evincunt.

21. Sunt præterea, qui à Johanne non quodvis peccatum, quod est contra legem Dei, sed tantum mortiferum, ac quod deliberatò consilio perpetratur, definiri contendunt. Cornel. à Lapid. Commentar. in h. l. loquitur, inquit; *Apostolus propriè de peccato perfecto, puta mortifero.* Estius: *Loquitur Apostolus præcipuè de peccato mortali, quantum & venialia sunt iniquitates quædam & legi alicui divinæ repugnant &c.* Lorinus: *traditur definitio de actuali peccato; & ut principali analogato per se convenit mortali; nec enim veniale directè repugnat legi, aut fini quem lex intendit.* Melchior Canus *Locor: Theologicor: lib: 4. cap. ult. p. 225. Non loquitur Iohannes in genere de peccato; sed tantum de mortali.* Et infra: *Ait Apostolus: Omnis qui facit peccatum & iniquitatem facit; scilicet: ne quis putaret de quolibet peccato etiam levi futurum esse sermonem &c.* Socinus in cap. 3. Epist. 1. Johann. p. 173. *Ubiunque est peccatum, ibi etiam est ἀνομία, id est; divina legis contemptus, & vicissim, ubi est ἀνομία, ibi peccatum; peccatum autem eo modo & sensu; qui apud hunc scriptorem valdè frequens est, nempe ut significet peccatum, ut sic dixerim, continuatum seu majoris peccati habitum vel consuetudinem.* Calvinus, *Non sumitur peccati nomen (in vers. 4. cap. 3. epist. 1. Johann.) pro singulis delictis, sed peccatum vocat (Apostolus) ubi homines toto cordis affectu ad malum ruunt &c.* Urgent plerique hujus sententiæ patroni contextum totius Epistolæ Johanneæ, ex quo perspicuè apparere putant, Johanne-

nema.

nem non in genere de quovis, sed tantum de mortali peccato loqui. Hoc, in-  
quiunt, Apostolus agit, ut ostendat, nullam esse communicationem lucis ad te-  
nebras, Christi ad Belial, nec misceri posse justitiam & injustitiam, crimina  
& charitatem. Vnde statim cap. 1. dicit, Deus lux est, & tenebrae in eo non  
sunt ulla. Si dixerimus quoniam societatem habemus cum eo & in tenebris  
ambulamus, mentimur. Item cap. 2. In hoc scimus quoniam cognovimus  
eum, si mandata eius observamus: qui dicit se nosse Deum & mandata eius  
non custodit, mendax est. Item cap. 3. Omnis qui facit peccatum, & iniqui-  
tatem facit, omnis qui in eo manet, non peccat, & omnis qui peccat non vi-  
dit eum nec cognovit eum: qui facit justitiam justus est, qui facit peccatum,  
nempe mortale ex Diabolo est: omnis qui natus est ex Deo, peccatum non fa-  
cit &c. Confer Melchior. Can. cit. loc. & pag. seq. Verum rectius a-  
lii omne peccatum sive grave sit, sive leve, sive commissionis sive omis-  
sionis, sive infirmitatis sive voluntarium, sive per ignorantiam sive  
malitiosè committatur, hic à Johanne definiti sentiunt. Nam primò  
extra controversiam omne peccatum etiam per ignorantiam & infirmi-  
tatem aut quocunque alio modo commissum, *ἀνομία* est & à lege divi-  
na exorbitatio. Rectissimè Beda ab ipso Justiniano Jesuita laudatus,  
in h. l. Manifestè insinuat (Apostolus) quia omnes, quicquid peccamus,  
contra legem Dei facimus, juxta illud Psalmista, pravaricantes reputavi o-  
mnes peccatores terrae, omnes enim qui peccant pravaricationis rei sunt, hoc  
est, non solum illi, qui data sibi scripturae legis scita contemnunt, sed & illi, qui  
innocentiam legis naturalis, quam in protoplasto omnes accepimus, sive in-  
firmitate sive negligentia, sive etiam ignorantia corrumpunt. Quia itaque  
definitio, omnibus, etiam nostrà opinione levissimis erratis, conve-  
nit, *ἀπειθεῖν* est, negare eam generalem esse, aut omnia peccata à  
Johanne esse definita. Eatentur ipsi Pontificii, etiam veniale peccatum  
esse *ἀνομίαν*, licet sententiis non nihil varient, quàm de re alibi. Estius  
loc. supra citat. Etiam venialia peccata sunt iniquitates quadam, & legi  
divinae alicui repugnant. Vasquez disput. 143. copiosè ostendit errare  
eos, qui putant, mortale peccatum esse contra praeceptum, veniale ve-  
rò contra consilium, tum illos, quorum opinio est, mortale peccatum ef-  
se contra legem, veniale autem praeceptum, & adductis rationibus do-  
cet, eum qui venialiter peccat, contra legem & praeceptum Dei age-  
re. Becan. Theol. Schol. part. 2. tract. 2. cap. 2. qu. 7. Omne peccatum  
veniale est contra legem, quia est actus moraliter malus. Filiucius. tract. 21.  
cap. 6. moral. Dico, non rectè dici veniale peccatum esse tantum contra con-  
silia, non contra praecepta: ratio quia revera est contra praecepta, alioqui  
si non esset contra illa, non esset peccatum &c. Confer etiam Alvar. tom. 2.  
lib. 1.

lib. 1. part. 1. de fuga peccator. mortal. & venial. cap. 9. & seqq. De-  
inde, illud peccatum definit Johannes, pro quo satisfecit Christus Dei  
filius 1. Joh. 2. 2. At pro omnibus peccatis, nullo planè excepto, Chri-  
stus satisfecit. Ergo omnia peccata Apostolus definit, sive talem defi-  
nitionem tradit, quæ omnia peccata complectitur. Tertio, Quod  
peccatum cum sanctitate pugnat, eamque impedit aut abolet, id de-  
finit Johannes 1. Joh. 3. 3. Omne autem peccatum cum sanctitate pu-  
gnat, etiam illud quod veniale dicitur. Alvar. loc. cit. *Peccatum venia-  
le est adversa valetudo animæ & infirmitas, quæ & ipsam animã sædat ar-  
que deformat, & à debita dispositione, bene & fervide operandi disjungit.*  
Plures hujusmodi rationes in textus Johannæi visceribus latent quas  
colligere super sedemus. Accedit, quod ferè omnes qui methodicã  
tractatione de naturã peccati agunt, theologi, hanc definitionem tan-  
quam generalem in ipso limine ponunt, quam peccato originali &  
actuali, internis concupiscentiis sive inordinatis motibus & externis  
actionibus à lege divinã aberrantibus tribuunt. Quod verò objeci-  
tur, usum vocis peccati apud Johannem in primã epistola esse, ut  
*grave peccatum, voluntarium legis contemptum & peccandi habitum ac con-  
suetudinem noveret,* de quibusdam quidem locis conceditur, falsum au-  
tem est, si ubi visita usurpari contendas: Quod si enim omnia Apo-  
stoli dicta, quæ peccati mentionem faciunt, quis accuratius lustret,  
habebit quædam quæ generalissimè de omnibus peccatis sunt acci-  
pienda, qualia sunt 1. Joh. 1. 7. & 9. cap. 2. 2. cap. 3. 5. cap. 4. 10. rursus  
habebit, quæ de levioribus peccatis & infirmitatibus, quibus etiam  
fideles & pii obnoxii sunt, agunt 1. Joh. 1. 8. cap. 2. 7. & 12. habebit tan-  
dem, quæ de solis gravioribus & atrocioribus delictis loquuntur  
1. Joh. 3. 4. 8. 9. cap. 5. 17. Pariter etiam verbum peccare apud Johan-  
nem interdum est, ex infirmitate labi & malè agere 1. Joh. 1. 10. cap.  
2. 1. interdum verò deliberato consilio & contra conscientie dicta-  
men legem divinam violare. 1. Joh. 3. 6. 8. & 9. cap. 5. 18. Unde patet  
falsum esse quod plurimi tantopere urgent, peccatum Johanni ferè  
semper esse gravius facinus, & peccare esse datã operã legem Dei  
contemnere. Dicis, At negari nullã ratione potest, eo ipso versicu-  
lo apud Johannem, quo definitio peccati continetur, per peccatum  
non nisi grave delictum intelligi. Resp. Duo sunt vers. 4. membra,  
quorum priori peccatum strictius, pro eo, quod à volente & sciente,  
aut non renato committitur, sumi, modò ipsimet diximus, nequa-  
quam verò concedimus, eandem vim & significationem vocis esse in  
membro posteriori. Non enim idem prorsus Apostolus dicit utrã-  
que versiculi parte, sed ab ὑποθέσει ad θέσιν ascendit. Ait primùm,  
D  
omnem

omnem qui facit peccatum, id est, qui peccatis indulget, qui frena laxat concupiscentiis carnalibus, qui sciens legem divinam transgreditur (hic enim sensus est phrasæ *peccatum facere* apud Johannem, cui certâ ratione opponitur τὸ *peccatum habere*, quod est infirmitatibus quidem laborare & sentire carnis impetus, sed iisdem resistere: unde non pauci Interpretes τὸ *ποιεῖν τὴν ἀμαρτίαν* reddiderunt, *peccato operam dare*. Flac. part. 1. Clav. sub vocabul. *facere*, illud, inquit, annotetur, cum sæpius de nonnullis dicatur in scripturis, quod fecerint *justitiam & iudicium*, sensum esse, quod plerumque rectè egerint & studium ac desiderium rectè agendi habuerint: contra autem, *facere malum* significat non tantum peccare, sed etiam studium malè agendi habere. Confer etiam Hann. Commentar. in 1. Epist. Joh. p. 281. & seqq.) datâ operâ & impio ausu divinam justitiam violare & legem Dei aspernari, contemnere, conculcare. Deinde nactus commodam occasionem, ἄσιν subijcit & in genere de quovis peccato dicit, quod sit ἀνομία & legis transgressio: ubi efficacissima latet exhortatio ad gravium præcipue peccatorum fugam hoc sensu: Quocumque modo peccemus, licet id fiat nobis vel insciis, vel repugnantibus, vel imprudentius agentibus, legem Dei transgredimur & iram ejus meremur, quæ etiam nos consumeret, nisi quotidianâ pœnitentiâ & fide in Christum peccatorum remissionem quotidie consequeremur. Jam quantas eos mereri pœnas, & quam in conspectu Dei putamus esse abominabiles, qui non modò communibus vitiis & infirmitatibus sunt obnoxii, sed Deo quodammodo bellum peccando indicunt, ejus legem rident, contemnunt & studio violant, & de pœnitentiâ aut seriâ petitione remissionis peccatorum ne quidem semel cogitant. Absit itaque iterumque absit, ut studio ad Satanæ exemplum quisquam peccet, & immentam Dei iram sibi thesaurizet. Satis est nos quotidianis infirmitatibus legem Dei transgredi, nec opus, ut etiam contra conscientiam & voluntariò peccata peccatis cumulemus. Ex quibus manifestum est, aliam peccati in priori, aliam in posteriori versiculi membro significationem esse.

22. Non est omninò prætermittendum, quod Lorinus confidenter loc. præced. § citato ait, *definitionem peccati Iohannæam competere per se mortali peccato tanquam principali analogato*: ubi scholasticorum favet sententiæ, qui *peccata mortalia & venialia non univocè peccata dici disputant*, sed ita *veniale dici peccatum per attributionem ad mortale*, fingunt, ut quamvis sine mortali esse possit, non tamen possit intelligi sine illo, sicut animal pictum analogicè dicitur animal respectu vivi &c. probare nituntur ἄσιν suam inde, quod in scriptura, cum simpliciter dicitur pecca-

peccatum, intelligatur mortale. Sed figmentum hoc est hominum, qui peccata in se atrocissima, ac si umbræ essent, extenuare, ac hinc studium seriæ contritionis & pœnitentiæ impedire satagunt. De peccatis, an quædam naturâ suâ & ex se, an verò alio respectu venialia sint, suo tempore, Deo volente, videbimus. Hic breviter, ut definitionem peccati apud Johannem generalem esse, quæ omnibus peccatis æquè conveniat, ostendamus, ex ipsâ naturâ univoci generis, peccatum de omnibus speciebus suis univocè prædicari, evincimus. Est univocum genus, cujus & nomen & definitio speciebus sub ipso communis est: tale est peccatum: nam omnia tum gravia tum levia peccata hoc nomen æqualiter sustinent, & præterea omnia etiam *divo pœnitentiæ* sunt & transgressiones legis, quod vel Jesuita Estius fatetur cum pluribus suæ societatis aliis. Deinde analogum genus si esset peccatum in respectu ad gravia & levia peccata, analogia illa vel consisteret in similitudine, vel proportione & habitudine aliquâ terminorum inter se, vel relatione & attributione; at tale quid ostendi nequit, ut quivis momenta rerum diligentius expendens haud difficulter deprehendit: Non ergo genus analogum est. Et quemadmodum non idè, quia species virtutis una alteri præstat & majorem præ se fert splendorem, idè virtus analogicè de suis speciebus prædicatur: sic neque quia peccata alia aliis graviora sunt, propterea peccatum genus dici debet analogum. Falsum est, per peccatum in scripturis simpliciter positum semper mortale peccatum intelligi: contrarium paulò ante in ipso Johanne Apostolo vidimus, cui innumera penè exempla addi ex aliis locis possunt. Et videmus passim in Sanctorum historiâ, eos etiam infirmitates suas non modò peccata vocare, sed & ferè de iisdem dolere, eorum remissionem anxie petere, neque, quod Pontificii faciunt, inter vanas rerum umbras habere. Gratis etiam dicitur, cum idè subtiliores Scholasticorum peccatū analogicè prædicari de mortali & veniali sentiunt, quod *illud sit & contra legem & contra finem legis, scil. contra charitatem, hoc autem, licet sit contra legem, non tamen sit contra legis finem*, cum charitatem non excludat. Habet enim istud effatum petitionem principii, & falsum per æquè falsum confirmare studet. Nullum omninò peccatum est, quod non sit contra charitatem, & quod non per se sit dignum, ut suâ nos gratiâ Deus destituat, si rigidè nobiscum agere velit: omne peccatum est aversio à Deo, summoque bono, quod super omnia diligendum, & conversio ad rem aliquam extra Deum, unde etiam ab Augustino definitur, *aversio ab incommutabili bono, & conversio indebita ad bonum mutabile*. Imò absurdum

dum esse statuimus dicere, pugnare aliquid cum lege Dei posse, ut tamen non pugnet cum fine legis, sicut absurdum esset, si quis diceret, bonum opus legi divinæ quidem consentaneum esse, sed tamen à fine legis alienum. Id quidem verum est, fideles & pios dum venialiter peccant, non excidere Dei gratiâ, nec desinere Deum diligere, sed hoc non fit idèd, quod peccata venialia in se spectata cum fine legis non pugnent, nec amori Deo debito sint contraria, sed quia illicò de iisdem quotidieque dolent, & remissionem eorundem obtinent, manent etiam Spiritus S. domicilia, qui subinde ipsos ad bonorum operum, ad Dei proximique dilectionis studium impellit.

23. Neque tamen dum omnia peccata esse *ἀνομιὰς*. & legi divinæ contraria docemus, idèd omnia prorsus æqualia facimus. Ethnica est Stoicorum Philosophorum sententia, *ἴσα τὰ ἀμαρτήματα* peccata omnia æqualia sunt, quam confirmare videtur ratio à cōmuni omnium definitione petita: Quæ eandem habent definitionem, inter se sunt æqualia. Omnia autem peccata eandem habent definitionem, ut modò evicimus. Ergo sunt æqualia. Placuit hoc delirium Stoicorum etiam Joviniano, de quo Augustin. lib. de hæresibus ad Quod vult Deū. *Jovinianus omnia peccata, sicut Stoici philosophi, paria esse dicebat.* & c. Confer Hieron. lib. 2. contra Jovinian. Sed alia scripturæ sacræ, & ex ea Ecclesiæ orthodoxæ est sententia. Scriptura enim alia præ aliis exaggerare peccata sæpè solet. Confer Gen. 13. 13. Et in V. T. diversa pro peccatis diversis offerenda fuerunt sacrificia Levit. 4. & 5. Constituit etiam Deus Deut. 25. 2. ut *pro mensura peccati sit plagarum modus*. Ac Christus Matth. 11. 24. ait, *Tyro & Sidoni tolerabilius fore iudicium quam incolis civitatum Galilææ*. Confer Ezech. 16. 47. & 52. 1. Tim. 5. 8. Pulchrè Nilus: *Sicut inter serpentes alios aliis atrociores invenimus: sic inter peccata alia aliis sunt graviora.* Variatur autem peccati atrocitas pluribus modis: 1. Respectu personæ peccantis. gravius enim est peccatum personæ publicæ quam privatæ. 2. respectu ejus qui offenditur; atrocius enim peccat, qui principem lædit, quam qui subditum. 3. Quoad ipsam rem seu actionem cum peccato conjunctam: abominabilius est verbum & testamentum Dei corrumpere, quam testamentum hominis. 4. Ratione loci, qui aliquid impiè in templo aut alio loco publico vel agit, vel dicit, turpius facit, quam si idem domi suæ ageret. 5. Respectu finis: atrocius furtum est, si quis vias obsideat & viatores spoliet ut ditescat, quam si extremâ fame compulsus aliquid clam surripiat &c. Confer Hutteri LL. CC. p. 249. & seqq. Huc pertinent peccatorum gradus ab Apostolo Jacobo traditi, cap. 1.

14. & 15.

14. & 15. quorum primus est *tentatio*, cum animus subito aliquo motu ad malum cogitandum sollicitatur; Alter *conceptio* quando delectatio accedit & consensus voluntatis de malo patrandi; Tertius *partus*, cum peccatum in actum producitur. Quartus *perfectio*, cum ex crebra peccandi consuetudine habitus oritur: ubi semper posterior gradus priori est atrocior. Quod objectionem è communi peccati definitione petitam attinet, ea nihil amplius probat, quam omnia peccata in aliquà communissimâ ratione aberrationis à lege Dei convenire: Verùm, non hoc ostendendum erat, quod nemo negat, sed quod *per omnia sint equalia* peccata, ut nullum altero longius à normâ legis recedat, & plus in se habeat vitii ac flagitii. Etiam calor omnis definitione & generali ratione convenit, & tamen alter altero est intensior vel remissior, longius vel propius à frigiditate abest: ita omnia peccata sunt *ἀνομία* quædam tamen à νόμῳ longius abeunt quàm alia; cui rei non opus est, ut diutius immoremur.

24. Superest unicum, cujus occasionem subministrat Flacius partim suâ translatione sententiæ Johannæ, partim glosa, quam illi subiungit. Verba Apostoli ἡ ἀμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία sic reddit, *peccatum est, quicquid est alienum à lege DEI*. Mox addit: *peccatum est, quicquid in homine legi Dei non congruit, sive sit substantia hominis, ut pessimum ejus cor ac mens, sive qualitates aliqua, sive actiones, sive passionēs, sive etiam istorum omnium omisio aut absentia, cum à DEO legeque ejus severiter exigantur & flagitentur*. E suâ itaque translatione errorem, quod peccatum sit ipsa hominis substantia, confirmare nititur: & hoc modo argumentatur. Quicquid pugnat cum lege DEI est peccatum: Ipsa hominis natura & substantia pugnat cum lege DEI. Ergo ipsa hominis natura & substantia est peccatum. Verùm cadit omne argumenti robur, si in hæreamus textui Græco, in quo vox abstractiva ἀνομία legitur, quæ nequaquam per concretivam, quicquid pugnat cum lege DEI, sed itidem per abstractivam, id est per transgressionem legis sive inconfirmitatem cum lege, aut illegalitatem vertenda est: quo facto & majore ita formatâ. Peccatum est transgressio legis: minor falsitatem suam statim prodit. Nequaquam enim tota natura humana post lapsum est legis transgressio; nec de homine illegalitas ullibi in quid prædicatur licet homo legem transgrediatur & ab ejus normâ sæpè aberret. Pugnat quidem natura hominis, ejus mens, voluntas, affectus, cor, externa corporis membra cum lege divinâ sed non ratione sui ipsius atque immediatè, verum per & propter malum adiacens & congenitam vitium omnium ἀνάξια & corruptionem, Rom.

7 v. 2. Confer VVigandi Manichæism. renovat. pag. 182. seqq. Schlüs-  
felburg. Catal. hæretic. lib. 7. de sect. Manich. pag. 106. seqq.

25. Hæc de textu & definitione peccati Johannea, è cujus  
ἐξήγησι, licet haud difficulter, quæ sit peccati natura, percipiatur, ne  
tamen accuratæ gravissimi religionis Christianæ capitis intelligentiæ  
aliquid desit; quæ necessariò adhuc requiri posse videntur breviter  
pro instituti ratione & consuetudine nostra subjiciemus.

26. *An sit peccatum* fortè frustra quæri alicui videri possit, cum  
experientia singulis momentis ubique locorum & terrarum ab ho-  
minibus peccari testetur. *Negarunt* tamen hoc ipsum *certo modo olim*  
*Manichæi*, qui duo constituerunt principia sibi contraria, sive duos  
Deos, bonum & malum quorum illi lucem, huic tenebras adscripse-  
runt, ex quo dogmate Augustinus rectè colligit lib. 2. de Act. cum Fe-  
lice Manichæo cap. 8. eos non credidisse, quod reverà peccatum in  
homine sit. *Secundum vos*, inquit, *nulla sunt peccata: Deus enim tene-*  
*brarum non peccat, quia suam naturam facit: natura lucis non peccat, quia*  
*quod facit, facere cogitur: nullum ergò invenis, quod damnet DEVS, nullū*  
*invenis peccatum, quod pœnitentiã possit sanari.* Fatetur etiam lib. 5. con-  
fess. cap. 10. se eidem errori fuisse obnoxium. *At: Adhuc mihi videba-*  
*tur, non esse nos qui peccamus, sed nescio quam aliam in nobis peccare na-*  
*turam, & delectabar superbiam meam extra culpam esse, & cum aliquid*  
*mali fecissem, non confiteri me fecisse, sed accusare nescio quid aliud, quod*  
*mecum esset & ego non essem, &c.* Ioviniani, tametsi non simpliciter pec-  
catum negarunt, aliqua tamen ratione, scil. respectu piorum & rege-  
neratorū, id sustulerunt: docuerunt enim non posse peccare hominem la-  
vacro regenerationis accepto. Confer. August. de hæresib. ad Quod  
vult. hæref. 82. Quibus similes fuerunt Pelagiani, in id progressi, ut di-  
xerint, vitam justorum in hoc seculo nullum omnino habere peccatum, & ex  
his Ecclesiam Christi in hac mortalitate perfici, ut sit omnino sine macula &  
rugâ. Augustin. hæref. 88. E Pelagianis, Cœlestius alius suæ Sectæ er-  
roribus addidit: *Ante adventum Christi homines sine peccato fuisse, & in-*  
*fantēs nuper natos in eo statu esse, in quo Adam fuerit ante prævocationē.*  
Augustin. de peccat. origin. contra Pelag. & Celest. lib. 2. cap. 11. Ve-  
niunt in horum societatem aliquo modo P. nificii, dum peccatum non  
in omnibus hominibus esse aut fuisse dicunt, dum peccatum non a-  
gnoscent nisi voluntarium, dum concupiscentiam non esse pecca-  
tum dicitant, &c. Verum qui verbo DEI fidem habet, qui legis di-  
vinæ præcepta cum humanæ naturæ statu & actionibus confert, qui  
patefacti Evangelii rationes expendit, qui Christi in mundum missi  
causas

causas ponderat, qui suam ipsius audit & adit conscientiam, qui omnium, etiam Sanctorum suspiria meditatur, qui poenas & afflictiones, quibus omnes homines sunt obnoxii, contemplatur, non dubitabit peccatum in omnibus & singulis hominibus, excepto Christo, esse, sed potius, ut nunquam extitisset, aut, quia introductum est, ut ejus tyrannidi finis, sive beatâ morte, sive ultimo Christi adventu, propediem imponatur, optabit.

27. *Quæ sit peccati causa efficiens multis retrò seculis quæsitum & magna contentione disputatum est, maximè idèd, ut homines securi culpam à se ad alios transferrent: de quo Augustin lib. 3. de lib. arb. c. 2. Crediderim maximam partem hominum istâ questione torqueri: non ob aliud, nisi, quia non piè credunt, velocioresque sunt ad excusationem, quam ad confessionem peccatorum suorum. Marcion duo finxit principia, unde omnia nata sint, bonum quidem, à quo bona: malum autem, à quo mala: & homines malos à malo principio tradidit esse ortos, ab eodemque omnem habere malitiam, ut non minus possint malè agere, quam mala arbor malos fructus profert. Hermogenes in materiâ peccati fontem constituit, quam ab æterno extitisse, & aliam quidem malam, aliam verò bonam somniavit, ut qui homines malè vixerint, aut vivant, non suo, sed æternæ materiæ vitio tales sint & fuerint. Manichæi utrumque hoc deliramentum de duobus principiis & materiæ æternitate in unam conflârunt massam, & malos homines, quâ tales, à malo DEO & materiâ malâ factos dixerunt, Confer Chemnit. LL. CC. part. 1. pag. 142. & seqq. Mittimus hæc monstra dudum ab orthodoxis Patribus profligata & tantum, quid de iis, qui, quod maximè horrendum, DEUM ipsum peccati causam tum olim, quantum in se, fecerunt, tum hodie facere non desinunt, judicare deceat, hic brevissimè exponendum esse ducimus. Invenimus autem etiam in Vet. Test. extitisse, qui hujus blasphemix semina spargere cæperunt, quales fuerunt, qui, memorante Siracide cap. 15. 11. & 12. dixerunt, *Ὅτι κριὸν ἀπέστυν αὐτὸς με ἐπιδύσσειν.* In N. T. viventibus adhuc Christi Apostolis nonnullos ex doctrinâ de tentatione male intellectâ ed prolapsos esse, ut DEUM effectivè operari peccata & impellere voluntatem ad peccandum, senserint, liquet haud obscurè à cap. 1. Jacob. vers. 13. Non multo post Valentinus, quem Epiphanius Hæresiarcham vocat, & qui Platonius potius ac Pythagoricus Philosophus, quam Christianus fuit, inter varia & prodigiosa deliria etiam peccata DEI impulsu committi, ita ut divinâ necessitate vis quedam hominibus fiat, cum scelera perpetrent, docuit: cujus portenti reliquias du*

Eccle-

Ecclesiam sequentibus temporibus turbasse vel inde patet, quod in antiquorum doctorum monumentis, apud Tertullianum, Augustinum, Basilium, Chrysostrum, Hieronymum atque alios, hoc argumentum, quod Deus non sit auctor malorum magno studio & creberrimè explicatur, & contra varias hæreticorum corruptelas acerrimè defenditur.

28. Magnam cum monstrosis hisce Veterum hæreticorum dogmatibus adfinitatem habent, quæ hodie à non paucis Pontificiorum traduntur: majorem quæ è Zvinglij, Calvini, Beza, Zanchii, Piscatoris, & qui horum sententias per omnia amplectuntur, schola prodeunt. Pontificii enim dum *pravam concupiscentiam & inclinationem ad vitia ex ipsius natura ut à Deo creata est, conditione ortum habere palam scribunt*, certè DEUM rebellionis in homine, quæ ipsum peccatum est, autorem faciunt. Imò dum Costerus Enchirid. de lib. arb. disertè in cade, inquit, *quam committit latro, Deus operatur cum latrone, hominem que occidit, peccatum autem homicidii, latro solus committit, non autem Deus, manifestè DEUM in societatem homicidii vocat*: Longè autem *φορτικότερα* sunt, quæ passim apud Zvinglium, Calvinum, Bezam, Zanchium, Piscatorem, & alios, qui hosce agnoscunt in hoc capite præceptores, occurrunt. Talia sunt: *Ipsam numen esse autorem ejus quod nobis injustitia est; Deum hoc ipsam agere in homine, quod homini peccatum est: cogi hominem ad peccandum: moveri latronem ad occidendum innocentem etiam, ac imparatum ad mortem: Deum diaboli & improborum furorem armare & convertere ac destinare, quo ipsi libeat: à Deo ipso manare efficaciam erroris, ut impii mendacis credant: hominem justo Dei impulsu agere quod non licet: ex Dei ordinatione reprobis insectam esse peccandi necessitatem: Deum vasa iræ ad æternum interitum creavisse & præparasse: Deum non tantum ad damnationem sed etiam ad causas damnationis prædestinasse quoscunque libuerit: Deum indurare homines internâ sed ineffabili actione, eâque vel immediatè per se, vel mediâtè per ministerium Satana, eos in cecitatem, obdurationem & prava desideria impellendo: à Deo impelli & trudi homines ad omnia, quæ agunt. Deum sanctè ad flagitia impellere, ut flagitia flagitiis puniat: Deum hoc consilio condidisse primos parentes ut laborarent, &c.* Hæc & similia plurima studiosè ab aliis, & magno numero collecta (confer D. Hunn. de provid. p. 40. seqq. Schaafman. lib. 1. & 2. de peccat. caus. Mentz. exeg. Aug. Confels. artic. 19. Gerhard. LL. CC. de provid. th. 111. Remonstrant. Acta. dogm. p. 250. seqq. & passim. Taufner. contra Piscat. disp. 4. & 25. seqq.) supra citati auctores, & qui eos sequuntur,

non

non semel in articulis, de peccato, de providentiâ, de predestinatione & reprobatione, sed sapissimè docent, repetunt, inculcant, quod, an sit DEUM peccati causam facere, nec ne, qui vis, cui sana, ne dicam, Christiana mens reliqua est, & qui unquam causæ definitionem & naturam didicit, facillè judicabit. Quod si is, qui cogit, impellit, instigat ad peccandum, est fons ex quo manat efficacia erroris, qui insicit peccandi necessitatem, procurat peccata, est auctor incredulitatis, injustitiæ, adulterii, homicidii, creat homines ut labantur, & lapsus vult ac decernit, causa non est, quæ tandem peccati causa erit, aut quæ causæ erit natura? Certè talia de aliquo apertè dicere, & tamen eundem causarum ordine eximere, est ponere definitionem ac negare definitum, ut mirari satis nequeant pii & cordati eos, qui dum hæcce norunt, legunt, audiunt, nihilo tamen minus affectu, nescio quo, abrepti, magnam fieri scriptoribus supra adductis injuriam clamitant, quando DEUM peccati causam constituere à nobis dicuntur: quorum in censu etiam non pauci sunt politici male (suo vitio) informati & imperitè judicantes, ut loquitur Dn. D. Taufferus p. m. præfat. disput. Antipiscatorian. qui rectius facerent, si prius & nostra & Calvinianorum dogmata fideliter cognoscerent, libros ipsos utroque oculo inspicerent, fundamenta utriusque partis ad normam verbi divini sincerè examinerent, animos suos virulentorum adfectuum nebulis purgarent, & sic demum sententiam pronunciarent. Hac viâ Arminiani in Belgio superioribus annis usi, in hoc articulo de peccati causâ, nostram avidissimè amplexi sunt sententiam, ut cum antea acerrimi Zvinglianorum & Calvinianorum dogmatum fuissent propugnatores, non multò post invictissimi eorundem oppugnatores, imò & expugnatores facti sint, qua de re monumenta publica testantur: Sed & Johannes Crocius, hinc inde in Conversationibus Prutenicis spem melioris mentis non contemnendam fecit. Adscribimus quod habet part. 2. pag. 222. ubi ad horrenda verba Zvinglii: mori Esau non potuit, quem divina providentia in hoc creavit, ut viveret, atque impiè viveret: hoc apponit iudicii: Vellent hæc verba Zvinglii nunquam scripta esse; Vix enim sine gravi offensione à pio leguntur, idque, quia impia vita seu peccatum Esavi conditi finis videtur dici. At verò malum, qua tale, ne quidem causæ secundæ finis esse potest, multo minus primi agentis, qua est eius purissimum, sanctissimum, optimum: quare rotundè proferemus, nos improbare, & quidem summopere, hanc Zvinglii phrasin: quomodo enim ad id crearet hominem opifex, propter quod justissimus iudex eum ad æterna rapturus est supplicia: quomodo ad id crearet, quod sanctissimus improbat & averfatur?

E

Hæc

Hæc ille, quem si & alii sequerentur, sincerè tamen & sine fucò, cor-  
pendiosa in hoc negotio concordia via parata esset, quæ verè frustra  
expectatur, dum intolerabilia Veterum *ἀνίσματα* conquestis undi-  
que rationibus & coloribus defenduntur, excusantur, pinguntur.  
Opus autem est, ut ante omnia adversarii *absoluto decreto*, quod fin-  
gunt, nuncium mittant: quod dum non faciunt, nulla sinceræ Con-  
cordiæ spes concipi potest. *Quamdiu enim docent, omnia fieri ex ab-  
soluto & immutabili Dei decreto, & Dei voluntatem esse causam causarum  
omnium, & in Dei decreto reprobos esse destinatos non tantum ad damna-  
tionem, sed & ad causas damnationis, sive peccata, non possunt aliter sta-  
tuere, quam Deum esse causam & authorem peccatorum omnium, idque  
tam verè ac propriè, quam verè & propriè Deus est in electis causa & author  
sive & omnium bonorum operum.* Confer iterum D. Mentzer loc. cit.

29. Sed DEUM nequaquam peccati causam esse, & literæ sacræ,  
& orthodoxæ Ecclesiæ consensus, & sanæ rationis judicia, & alia ar-  
gumenta evincunt, quæ hoc loco uberius persequi supervacaneum  
esset. Confer supra laudatos Theologos. Scripturæ vox perpetua est,  
*Opus Dei perfectum, & nulla in illo iniquitas.* Deut. 32. 4. *Non volens ini-  
quitatem Deus est.* Psalm. 5. 5. *peccata & peccatores coram Iehova abomi-  
natio sunt.* Prov. 8. 17. Zach. 8. 17. *nulla est participatio iustitiæ cum ini-  
quitate.* 2. Cor. 6. 15. *Deus lux est & tenebra non sunt in illo,* 1. Joh. 1. 6.  
*Non dicar peccans ego impulsu Domini feci: non enim necessarii sunt ei ho-  
mines impii. Deus est summè bonus.* Matth. 19. 17. *Omnia Dei opera sunt  
in fide.* Psalm. 111. 7. *quæcunque fecit & facit, sunt valdè bona.* Gen. 1. 31.  
Hieronymus ad verba Proverb. 19. v. 3. *Stultitia homini supplantat gres-  
sus ejus, & contra Deum fervet animo suo. Stultorum, inquit, moris est,  
ut, cum peccando viam veritatis deserunt, non se errasse fateantur, sed ad  
culpam conditoris sui reatus originem referant, quasi ipse occasionem pec-  
candi præbuerit, qui vel fragilem fecerit hominem, vel ad tentationem ejus  
hostem versurum admiserit.* Augustinus ad articulos sibi falsè imposi-  
tos resp. 13. *Nefas est Deo adscribere causas ruinarum, à fide ad infidelita-  
tem, & à sanitate ad turpitudinem, qui etsi ex aternâ scientiâ præcognitum  
habet, quid uniuscujusque meritis retributurus sit, nemini tamen per hoc,  
quod falli non potest, aut necessitatem aut voluntatem intulit delinquendi.  
Si ergo à iustitiâ & pietate quis deficit, suo in præceps ferrur arbitrio, suâ  
concupiscentiâ trahitur, suâ persuasione decipitur: nihil ibi Pater, nihil Fi-  
lius, nihil Spiritus Sanctus. Nec in tali negotio quicquam divinæ voluntatis  
intervenit, cujus ope scimus, multos ne laberentur, retentos, nullos autem,  
ut laberentur, impulsos, &c.* **Magnum veteris Ecclesiæ in hanc rem**  
testi-

testimoniorum catalogum videat, qui cupit, apud Schaafman. lib. i. de peccator. caus. cap. 4. & 5. à pag. 62. usque ad 74. Huc accedit, quod Deus peccatoribus gravissimè irascitur, pœnam minatur, & ipso opere infert, quod ad pœnitentiam invitat, à peccatis dehortatur, &c. quæ omnia & alia id genus plura satis, DEUM peccati nequaquam authorem esse, abundè planum faciunt.

30. Est autem vera peccati causa Voluntas tum Satanae tum hominum. Satan, cum ex primâ sui creatione Spiritus omni virtute esset eximius, cum nullam in te naturalem ad peccatum haberet inclinationem, neque ab ullo externo principio felicissimo veritatis & rectitudinis statu posset dejici, ipse sibi ipsi peccati causa factus est, & maliciosè suam voluntatem (quæ quidem naturaliter in summi boni amplexum ferebatur, non tamen ita confirmata erat, ut non etiam contraria expetere & amplecti posset) à Deo avertit, legemque intellectui suo divinitus impressam seditiosè violavit. Euseb. de præparat. Evangel. lib. 7 c. 6. Diabolus rotius venenosa pravitatis auctor spontè à lumine ad tenebras lapsus est. Cyrill. Hierosolym. Catech. 2. p. 33. Ἀγαθὸς κατασκευασθεὶς, Διάβολος γέγονεν ἐξ ὀμείας προαιρέσεως. Damasc. lib. 4. de O. F. cap. 4. Diabolus bonitate præditus, bonique causa creatus, atque ejusmodi, ut ne minimum quidem vitii vestigium à Creatore impressum ipse fuisset, liberâ voluntate ex eo, quod secundum naturam erat, in id quod contra naturam erat, immutat us est: Confer. disput. de Angel. malis §. 19. Eodem modo homo, cum & ipse ex primâ sui creatione fulgeret imagine DEI, id est admiranda perfectione, qua creatorem suum omnibus animi corporisque viribus conveniente modo exprimebat, ita ut intellectus ipsius Sapientiâ, voluntas Sanctitate, appetitus omnium adfectuû & cupiditatum suavissimâ harmoniâ ornatus esset, sine ullo interno impulsu à DEO creatore suo voluntariè defecit, & mandatum divinum de vitando fructu arboris scientiæ boni & mali transgressus est. Unde Basil. Magn. homil. Quod Deus non sit auctor malorum, eandem & Angelici & humani lapsus causam, scil. liberam voluntatem esse ait. *Questio, inquit, de diabolo nascitur, unde Diabolus sit, si non ex DEO sunt mala? Quid igitur dicemus? Unde iniquus est homo? ex liberâ voluntate: unde diabolus malus? ex eadem penitus causa, &c.* Hoc tamen inter diaboli & hominis peccatum discrimen est, quod illud non habeat nisi internam causam in ipso Satana sitam. Non enim ullo aliquo extra se principio ad peccatum illectus, non ab ullâ creaturâ seductus est, sed semetipsum maliciosè corruptit, & sponte voluntatem suam à conditoris sui amore & cultu avertit. Ad hominis verò peccatum etiam externa causa concurrat, ut ex historiâ sacrâ Creatio-

nis patet. Diabolus enim dignitatis suæ sede dejectus, & hinc odio Dei & hominum flagrans, primum hominem ad transgressionem legis sollicitavit, & ut obedientiam Deo præstare detrectaret, insidiosissimè obtinuit. Accusavit enim præceptum divinum iniquitatis, arguit Deum malevolentiam, mendaciter verbum negavit, homini se bene cupere simulavit, magnam sapientiæ & dignitatis spem iniecit; atque ita in tristem *ἀποσάσειν* eundem pertraxit. Gen. 3. 13. 2. Cor. 11. 3. 1. Tim. 2. 14. Non tamen externæ hujus causæ tanta fuit vis, ut suis insidiis & suggestionibus unquam hominem in peccatum seduxisset, nisi liberrimus consensus hominis accessisset. Poterat enim homo, & quidè haud difficulter, per vires sibi à creatore insitas tentationes diabolicas superare & repellere: poterat clarissimo mandato velut clypeo quodam excipere tela & avertere: poterat verbi gladio abigere hostem. Sed abjectis quasi armis hisce, diabolo aurem præbuit, pravâ cupiditate corruptus de fructu prohibito comedit: unde licet Satanae persuasiones inter humani lapsus causas locum etiam suum habeant, de proximâ tamè causâ & directè agente si quærat, nulla alia est, quam voluntatis libertas, id quod etiam divini de primo lapsu iudicii & irrogatarum pœnarum consideratio confirmat.

31. Porro quæ primorum peccatorum à creaturis rationalibus commissorum causæ extiterunt, eadem ferè sunt & reliquorum omnium. Nam etiam hodiè ex se uno scelera profert & flagitia, quæ assiduè committit, Diabolus. Non enim est, nec esse potest, qui eundem ad malitiam instiget. Peccatorum verò quæ ab hominibus patrantur, & Satan & ipsi homines sunt causæ. Nam non desinit malignus Spiritus tentare 1. Thes. 2. 5. & circumvenire 2. Cor. 2. 11. Circumit undique ut leo rugiens, quærens quem devoret 1. Pet. 5. 8. excacat mentes 2. Cor. 4. 4. operatur in filiis diffidentia. Ephes. 2. implet impiorum corda. Act. 5. 3. Joh. 13. 2. 1. Paral. 21. 1. injicit laqueos. 2. Tim. 2. 26. & captivos ducit homines ad voluntatem suam. Præcipua tamen causa peccatorum suorum sunt manentque homines ipsi olim per Adamum corrupti & pravis infecti concupiscentiis, unde Jacobus proximam peccatorum causam significaturus cap. 1. 14. & 15. *Vnusquisque, inquit, tentatur à concupiscentiâ suâ abstractus & illectus: deinde cum concupiscentia conceperit parit peccatum &c.* Non ergò diabolus nolentem & repugnantem hominem quasi obtorto collo in peccatum rapit; sed voluntas hominis ad ejus ductus se præbet obsequentem. 2. Cor. 4. 4. ut hinc ferendū non sint, qui in communi vitâ cum gravia in se admittūt flagitia, diabolum solum eorundem authorem constituunt, & ab isto se deceptos esse conquerūt, rati, se hoc pacto ab omni culpâ esse immunes, quos

gra-

graviter reprehendit Nazianzenus inquit: *Hostem quid accusamus  
usque perditum, & moribus permittimus licentiam. Te criminare prorsus  
ipsum aut maximè, nos ignem habemus, Spiritus flammam ciet.* Hæc de  
peccatorū causis clara scripturæ habent testimonia, quibus lubenter  
pii acquiescunt, nec longius progrediuntur, minimè incii in ipsâ pec-  
cati *θεωρία* mentem humanam, nisi intra limites verbi divini sese con-  
tineat, faciliè in peccata labi, & nimiâ curiositate tum semetipsam du-  
biis involvere sententiis, tum aliis etiam, novis & inter simplices in-  
usitatis loquendi formulis, scandalum præbere; qua in re dignum est,  
quod omnes audiamus & sequamur Dn. D. Chemnitii consilium LL.  
CC. de causa peccati c. 3. pap. 146. *Diligenter hic cavendum est, ne dispu-  
tationes à verò statu abducantur, sed rejiciantur non tantum contraria &  
repugnantia, verum etiam cognatæ quæstiones, quæ aliquâ similitudinis spe-  
cie hac pertinere videntur, diligenter discernantur; quando enim funda-  
menta hujus loci deducuntur vel ex testimoniis de præscientiâ vel de generali  
actione DEI, fieri non potest, quin multa inextricabilia & absurda colligan-  
tur, sicut multorum exempla ostendunt, & quisque ingrediens illas cogita-  
tiones experiri potest.*

32. *Materia peccati in qua* (materiam enim ex qua curiosè quæ-  
rere supervacaneum & inutile esset; de materia autem circa quam,  
quæ lex divina est, alibi agitur) sive subjectum est in genere omne il-  
lud, quod *ἀταξία* sive illegalitatem recipit, estque semper aut ple-  
rumque aliquid bonum. Si enim peccatum & malitia non esset in bo-  
no tanquam in subjecto, nullum haberet subjectum in hærentiæ, &  
ita simpliciter nihil esset, at quomodo subjectum inde denominari  
posset? Hinc Augustin. Enchirid. cap. 14. *Mala nisi in bonis esse non pos-  
sunt, quamvis bona sine malis esse possint.* Est autem subjectum peccati a-  
liud immediatum, aliud mediatum. Immediatum est, cui immediatè  
adhæret sive in hæret *ἀταξία* & vitiositas, & hoc in peccatis actualibus est  
actio sive motus. Non enim ullus motus aut actio per se peccatū est,  
sed quia illi adhæret vitium & deformitas moralis, est peccatum. Duo  
enim semper concurrunt in peccato; actio ipsa, & *ἀταξία*, illa Deum  
habet authorem, & sic per se expers est omnis vitii: hæc autem à Sata-  
nâ & homine oritur, & illam polluit, ac propriè constituit peccatum.  
D. Hunnius de provid. pag. 57. & seq. rem totam similitudine à clau-  
dicatione desumptâ illustrat, in qua duo concurrunt. *Pris est motus ipse  
seu localis progressio, posterius est pedum seu tibiærum in æquali incessus, quæ  
in æqualitas & in alterum latus vacillatio est hujusce motus seu localis pro-  
gressionis ἀταξία.* Motus ab animâ ortus non est per se vitium aut clau-  
dicatio, sed deformitas physica, ab alio principio proveniens & motui

in hærens claudicationem facit: sic in actionibus hominum morali-  
bus ipsa actio à Deo est, & non potest esse peccatum, *ἀταξία* autem ac-  
cedens propriè peccatum est. Ergò actio naturæ ordine prior, tan-  
quam materia & subiectum, *ἀταξία* sive peccatum recipit. In peccato  
verò *originali* materia sive subiectum immediatum, quod etiam *sub-*  
*jectum* quo vocatur, sunt principaliter *ipsæ vires & facultates animæ*, in-  
tellectus, voluntas, appetitus &c. Sicut enim imago Dei originali vi-  
tio opposita fuit harum facultatum summum ornamentum, splendor  
& perfectio, ipsæque facultates ejus extiterunt subiectum: ita origi-  
nale peccatum earundem horrenda est deformitas & *ἀταξία* itidem-  
que in iis tanquam in subiecto suo immediatè habitat. *Materia sive*  
*subiectum mediatum*, quod etiam *subiectum* quod dici solet, ipse est ho-  
mo, miserè per peccatum originale corruptus, plenus cæcitate, per-  
versitate, omniumque virium deformitate, ut non possit non quoti-  
die labi, male agere, & pœnas mereri, de quo alibi latius.

33. Explicanda hic breviter est quæstio: *An præter rationales*  
*creaturas etiam animalia bruta peccato sint obnoxia?* Affirmatè Photi-  
nianis Socinus lib. de statu prim. hom. c. 6. p. 157. seq. & non solus, in-  
quit, homo, sed cætera quoque animalia à recta via deflexerunt. Sic enim  
scriptum est. Gen. 6. 12. *Omnis Caro corruptit viam suam super terram: Ex*  
*illis enim verbis, omnis Caro corruerat viam suam super terram, apparet*  
*non hominem tantum, sed omnia animalia deflexisse:* Et rursus ibid. *quid*  
*mirum, si Deus omnes animantes perdidit una cum homine, diluvii aquas*  
*universo terrarum orbi immittens, cum omnes animantes viam suam cor-*  
*rupissent?* Et paulo post: *At dicat quispiam, quomodo possunt bestie, cum*  
*ratione careant, ita errare, ut culpæ alicujus verè sint affines & puniri me-*  
*reantur. Non possunt quidem bestie, nec tam graviter, nec in iisdem pleris-*  
*que rebus delinquere, in quibus homo delinquit, sed delinquere tamè possunt,*  
*id est, ut diximus, & Deus ipse loquitur, à quadam via sibi naturaliter præ-*  
*scriptâ aberrare atque deflectere, adeò ut meritò puniri queant.* Subjicit  
confirmandæ opinionis ergò loca, Gen. 9. 5. Levit. 29. 15. & 16. Exod.  
21. 28. Socino aliusque Photinianis succinit Vorstius amic. collat. pag.  
185. *Et si bestia ratione propriè dictâ & voluntate rationali planè carent,*  
*umbram tamen quandam sive imaginem ac vestigium tum rationis tum vo-*  
*luntatis in internis sensibus & animali appetitu habent, sicut & scriptura*  
*pæssim indicat: quare etiam lex quædam naturæ divinitus, inde ab initio ipsi*  
*dati videri potest, contra quam si delinquunt, aliquatenus suo modo peccare*  
*non immerito dici possunt, eoque etiam meritò puniri, cum pœna peccato*  
*semper analoga sit. Mox adductis iisdem, quæ Socinus allegat testimo-*  
*niis, non obscure, ait, hæc docent, analogiam saltem sive umbram ac simili-*  
*tudinem*

dinem aliquam peccati etiã in bestiis locũ habere. Verum erronea hæc est sententia, quam refellere facilimũ est, si, uti de cet, de peccato non gramaticè sumto, quo pacto omne erratũ etiam culpã vacans, peccatum atque ἀμαρτία quoddam est, sed Theologicè intellecto, ut est erratum quoddam à lege divinã morali deficiens, & culpam in divino iudicio vindicandã contrahens, sermo sit. Primum enim brutis lex nulla lata est, cujus violatione aliqua culpa contrahatur, ubi autẽ lex nulla, ibi nec prævaricatio. Rom. 4. 15. Lex physica creaturis irrationalibus etiam inanimatis insculpta non talis est, ut si ab eã deficient, propriè peccare & pœnam mereri dicantur, aliàs etiam ipsa elementa, ligna, lapides, itemque interna animantium viscera, cum officium naturale non præstant, peccarent. Deinde bruta non sunt capacia virtutis propriè sic dictæ, quæ laudem & præmium mereatur, sive cuius comes honor sit. Ergo nec peccati. Præterea neque propria peccati effecta in iis conspiciuntur, qualia sunt timor & angor conscientiæ, internæ tentationes, horror futuri iudicii &c. Denique cum Photiniani cum Pontificiis urgeant, peccatum non esse nisi voluntarium, & hinc infantes usu rationis destitutos peccare non posse, quo tandem modo bruta nihil ἐξ ἑαυτῶν agentia peccabunt? Quod loca scripturæ atinet, quæ Socinus & Vorstius adferunt, nulla iis ad tuendam θείαν vis inest. Nam. Gen. 6. 12. *omnis Caro* non bruta etiam animalia, sed solos homines complectitur ut evidentissimè colligi potest ex vers. præced. 5. Confer Marc. 16. 15. Deut. 5. 26. Psal. 65. 10. Matth. 24. 22. ubi eadem vox Carnis usurpatur sed pro natura prædicatorum non nisi de homine sumitur. Deleta quidem fuerunt diluvio etiam animalia bruta, sed non propriè punita: imo illa brutorum deletio propriè impiorum hominum fuit pœna, quorum etiam causã terra maledicta est. Confer. Gen. 3. 17. Deut. 28. 17. Verbis Gen. 9. 5. & Exod. 21. 28. rectissimè Theodoretus in cap. 21. Exod. innui, dicit, *quantam scelus sit homicidium, ut, non animalia bruta, sed homines illud tantò magis exhorrescant, sicut etiam hodie bestiæ, quibus nefanda commixtione scelerati homines abusi sunt, una cum hisce è mediotolluntur, & igne comburuntur, non quod peccarint, sed ut tanto magis flagitii atrocitas omnium animis & oculis exponatur.*

34. *Forma peccati, si qua est, nulla alia est, quam summè deformis & abominabilis ἀνομία & ἀταξία.* In hac enim natura peccati consistit, hæc dat esse peccato, hac sublatã peccatum nuspiam est. Quemadmodum enim forma virtutis, & quæ ab hac proficiscuntur, piarum & honestarum actionũ est ἐνομία sive ἐνταξία, congruentia cum lege & recta ad legem ordinatio: sic è contrario forma peccati & turpium actio -

actionum nulla alia dari potest, quam *avouia* & exorbitatio à lege: ubi, sicut *vocem formæ in latiori significatione sumimus*: sic obiter notamus, duplex esse peccati tum materiale tum formale, pro duplici ejus consideratione. Absolutè enim & in prædicamento sive qualitatis, sive actionis cum peccatū spectatur pro ut est vel habitus vitiosus, vel turpe opus, materiale habet hoc ipsum, quod modò significavimus: cum verò respectivè, & ut est in prædicamento relationis consideratur, peccati materiale est ipsa turpis actio aut perversus habitus, formale autem, reatus sive obligatio ad pœnam, & hoc sensu termini isti usurpantur in vulgato canone: *per baptismum & justificationem formale peccati tollitur, materiale verò manet*, quo de alibi plura.

35. *Finis peccati* (sumimus etiam hoc vocabulum generaliter & in latiori significatione. Nam propriè & accuratè si accipitur, peccatum non habet causam finalem per se. Finis enim habet rationem boni, & cum bono convertitur. Vnde Scal. exercit. 250. sect. 1. *Omnis*, inquit, *finis est in genere bonorum: quo circa non decuit M. Tullium Vocem hanc tam ad mala, quam ad bona retulisse in librorum suorum inscriptione*) dici potest, delectatio, voluptas & commodum, sive verum sive apparens, quod peccator inde se consecutum sperat, cum peccatum committere constituit. Sic amplior dignitas & gloria, quam Angeli mali, impiè & seditiosè expetierunt, fuit finis peccati ipsorum eodem modo primi parentes nostri sibi habebant propositam spem summæ scientiæ & maiestatis à Satanâ injectam, qua etiam permoti, in comestionem prohibiti fructus consenserunt. Ita hodieq; qui crimen aliquod perpetrat, alicuius commodi causa id facit; fur ut ditescat, aut otio aut voluptatibus indulgeat, rapit aliena: homicida, ut aut vindictæ cupiditatè expleat, aut bona auferat, proximū occidit, imò qui ex mera malitia sine expectatione cōmodi alicuius externi peccat, ipsâ malitiâ & expletionem eius pro fine habent, quo impelluntur ad mala agendū.


36. *Effectus peccati & consequentia* varia sunt & multiplicia, alia per se, alia per accidens. Parit peccatum homini, qui id commisit & agnoscit, *angores conscientia* & acerbissimos pectoris morsus. Sicut enim primò à frōte delectat, & voluptatem pollicetur, ita in fine crudèlitér pungit & sauciat, ac quovis veneno horribilius sævit, idque ob iram ac furorem Dei, quem conscientia secum meditat, & expendit. Rom. 2. 15. Ies. 52. 2. Levit. 26. 36. Deinde *hominem turpiter polluit*, & scedam ipsi adspergit maculam. Quemadmodum enim qui honestè pieque vivit, singulis ferè actionibus mentem suam exornat, ac quodammodo nitidiorum reddit: ita impius & sceleratus quovis turpi opere nigram animo maculam inurit, & ad virtutis habitum eum reddit ineptiorem. *Accedit reatus* sive obligatio & ordinatio hominis peccatoris ad pœnam. Manet enim in conspectu Dei turpis actionis, licet transeunti, iniquitas, & hominem iudicio divino subijcit. Hunc sequuntur *varia calamitates* & pœnæ tum temporales, tum æternæ, quas scriptura unâ voce *mortis* complecti solet. Gen. 2. 17. Rom. 6. 23. Iac. 1. 15. *Accidit peccato* in piis, quod inde cautiore & prudentiores fiant, quod Dei commendat misericordiam, quod in bonum cooperetur. Confer D. Gerhard. LL. CC. de peccat actual. §. 18.


37. Quæ ex loco *ad junctorum contrariorum* &c. hic plura addi potuissent, commodius ad specialem tractationem rejici a bitramur, & cum sententiâ, à nobis explicata, ipsa sit peccati definitio, alim hic subijcere peccati definitionem super sedemus. FINIS.


ubi,  
mus,  
fide-  
tio-  
de-  
reio  
cati  
em,  
nut  
N-  
  
lo-  
labet  
erit.  
um:  
re-  
om-  
cat,  
An-  
no-  
ma-  
ig-  
odi  
cat  
ci-  
i-  
li-  
en-  
lo-  
or-  
ta-  
fol-  
ie-  
ni-  
n-  
m-  
u-  
vi-  
um  
s-  
od  
er-  
  
ic  
ly


1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100

a. 2














the scale towards document

## JUSTIFICATIONE.

57

astico vel Pontifici competat jus remitten-  
*potestativum*? A. utrumque contra Pontific.  
onis materia, vel id quod nobis donatur in *De materia.*  
quo Justī denominamur, sit ipsa Justitia  
butum Deī essentialē? N. contra *Osiandrum.*  
Justificationis materia, adeoque justificet in  
pluto & ratione sui ipsius, ut ipse credendi  
justitiæ; non quidem quodd talis sit in se,  
illis talis censeatur per acceptilationem: An  
Justificationis *instrumentalis*, cui tribuatur hic  
tūm *organico, relativo & objectivo*, quatenus  
prehendit & applicat subjecto? N. prius:  
*cin. & Remonstrantes.*

justificet tūm *dispositivè & meritorie*; tūm *ma-*  
*tivè* ut justitia inchoata? N. contra Pontific.  
ria Justificationis sit Obedientia novæ vitæ,  
Justitia per gratuitam acceptilationem à Deo  
contra *Socin. Anabapt. Remonstr. Coincidit*: An  
Deo consistimus, in imitatione Christi sita  
*religian.*

ia Satisfactio & Obedientia, quā Justitiæ  
s juri nostro loco satisfecit, sit causa materia-  
An verò Beneficium hoc, tūm Remissionis  
donationis vitæ æternæ, nobis contingat ex  
ricordiâ & gratiâ, citra satisfactionem? A.  
contra *Socinian.*

isfactio Christi *pœnalis*, quâ, pro peccatis no-  
tione, comminationi illius satisfecit, sit Ju-  
materia, sive perfecta nostra ad salutem ju-  
tisfactio ipsius *obedientialis*, quâ, tūm in reli-  
passione suâ, Legis mandata perfectissimè  
omni Legis rigori nostro loco satisfecit, sit  
quidem, sed *naturâ* tamen, ab alterâ distin-  
Justificationis nostræ? *Aut*, an hæc Obe-  
cant, *activa* sit istius Beneficii causa tantūm

H